mus de præficiendo Zebedæo huic Collegio[12] : quem spero ad diem dominicum huc concessurum ac de rebus necessariis nobiscum deliberaturum. Scripsi enim ad ipsum et *Farellum* de rebus nostris, et meo à vobis discessu et ministrorum ordinatione. *Zebedæi et Malingrii negocium suspensum est ad adventum legatorum utriusque urbis, ad subducendas cum præfectis rationes*[13]. Vetula quæ ad *Malingrium* concesserat, rursum hîc conduxit hospitium, cujus maritus hinc hodie abiit. Audio non bene inter ipsos convenisse. Cum hæc scriberem, ex insperato advenerunt *Jo.*[*annes*] *Tornucus, Franciscus Viviacensis* et *Christophorus*[14], cum quibus nondum licuit conferre. Ipsi te plurimùm salutant et nostri omnes. Non licebit nobis, quantùm ex ipsis audio, ad diem Martis convenire. Saluta *uxorem* et amicos omnes nostro nomine. Vale. Laus.[annæ] 21 Julii, 1542.

Tuus P. Viretus.

(Inscriptio :) Doctiss. Jo. Calvino, Verbi ministro fideliss. Genevæ.

parut une nouvelle édition de celui de *Calvin* (VII, 409, 410, n. 8, 10). Elle renferme les trente psaumes de Marot et cinq de Calvin ; la musique est notée au premier verset de chaque psaume (Bovet, p. 17-20, 211-214, 249, 250. — Douen, I, 347-51, II, 506). Mais il n'est pas probable qu'on ait pu l'utiliser *à Lausanne,* avant le mois de juillet 1542.

[12] En conséquence de l'arrêt prononcé contre *Zébédée,* le 5 juin, par MM. de Fribourg, ce ministre ne pouvait plus exercer de fonctions à *Orbe* (N° 1127, n. 22). Mais son professorat de Bordeaux (V, 98) pouvait le recommander aux Bernois pour la place de *principal* du Collège de Lausanne.

[13] Chaque année, les députés de Berne et de Fribourg, munis de pouvoirs étendus, avaient des conférences avec les *baillis d'Orbe et de Grandson,* dans lesquelles les revenus et l'administration des deux bailliages-communs étaient l'objet d'un minutieux examen. Souvent les amendes et punitions infligées par l'un des États étaient remises ou diminuées, à la prière de l'autre. Ainsi les procès-verbaux de leurs conférences du 21 août et du 9 octobre annoncent déjà que MM. de Fribourg étaient disposés à gracier *Zébédée* (n. 12), à la condition que *Berne* réintégrerait dans ses fonctions le vicaire d'Orbe, *Claude Guyot,* qui avait été cité à Berne deux fois inutilement et déposé pour sa désobéissance (Recès des diètes, vol. de 1541-48, p. 179, 191, 235).

« L'affaire de *Zébédée* et de *Malingre* » se réduisait à cette question : Le premier serait-il autorisé à rentrer dans sa paroisse d'Orbe, et le second à regagner sa cure d'Yverdon ? (Voyez le N° 1127, note 22).

[14] *Jean de Tournay,* pasteur à Aigle, *François Martoret,* qui l'était à Vevey, et *Christophe Fabri,* l'un des réformateurs de Thonon.

1137

SIMON SULTZER[1] à Jean Calvin, à Genève.

De Berne, 24 juillet 1542.

Copie. Bibl. Nationale. Collect. du Puy, t. 102. Calv. Opp. XI. 412.

Si deplorando publicum ecclesiarum statum proficeretur in meliùs, deplorare[m] sanè idque acerbè et vehementer tecum privatum et communem dolorem, propter ademptum, inquam, *Viretum nostrum, cujus abscessus non potuit non grave pectori tuo vulnus infligere et Ecclesiæ toti mœrorem. Amisisti enim tu dimidiam tui partem, et populus fidum pastorem.* Verùm quia consolari præstat [et] sanare potiùs dolorem quàm memorando refricare, studio prætereo quæ hac in parte meum angunt animum. Præcor autem Dominum Jesum ut quod hujus fratris migratione decessit, alterius alicujus collegæ fide operaque sarciatur, quo subsistere tu, mi frater, statione eminenti et periculosa queas ad nominis sui profectum : maximè verò uti catholicam pro ecclesiis sollicitudinem instillare dignetur eorum præsertim animis qui rerum præsident gubernaculis : in quibus si extinctis affectibus ea esset fides, is zelus, qui esse debebat, summa offendiculorum minus (*sic*) esset, et uberior feliciorque successus. *Nobis certè,* utcunque accidat, *et patienti et forti animo ferenda sunt omnia : quod* [*l. quos*] *ad omnem eventum convenit esse paratos.* Quæ tu ipse dudum nimirum et sapienter et cordatè dispexisti, ut mea nihil sit monitione magnopere opus. Unum vel [l. verò ?] hoc abs te magnopere contendo, tuarum ut rerum omnium statum significes mihi, et si quid per me præstari in tui gratiam atque Ecclesiæ velis, confidenter jubeas. Dabo operam ut fidem erga te tuosque *Sultzeri* cognoscas.

Nos quietè satis agimus, nisi quòd negotium subinde aliquod

[1] Voyez, sur *Simon Sultzer,* le N° 1051 (VII, 284). La copie de sa présente lettre est très fautive.

nobis noster ille[2] *facit cum suis : quanquam nihil magnopere efficiant,* Domini beneficio, *nisi quòd suspicionibus sinistris autoritatem nostram, quasi ad papismum respirantem* [*l. aspirantem*][3] *labefactant.* Sunt gravia, et hæc, sed æquanimitate superanda, et intendenda modis omnibus cautio pia, ne quid per incogitantiam admittam tanto indignum ministerio.

Basileæ a Carolstadii obitu in mutuam gratiam redeunt fratres symmystæ[4], et coit quoque *scholæ* et cum ipsis et inter se concordia : id quod nuper non sine singulari voluptate istic cognovi. Diem obiit inter eos *Joannes Luthardus,* Hospitali[s] urbis minister[5]. *Tiguri* verò *Leo Judæ* decessit[6] relictis quatuor orphanis. *Bibliandro* autem cum febri est negotium, ut jam

[2] Le pasteur *Érasme Ritter* était, à Berne, le principal représentant du parti qui soutenait les idées de Zwingli sur la sainte Cène. *Sultzer,* au contraire, *Pierre Kuntz, Béat Gering* et *Conrad Schmid,* ses collègues, avaient adopté la doctrine de Bucer sur les sacrements (VI, 237, renv. de n. 21-24; 424, n. 5; 468. — Cf. Hundeshagen. Die Conflikte des Zwinglianismus, etc., p. 105-109).

Nous ne savons rien des « fréquents embarras » que *Ritter* aurait suscités à ses collègues; mais, dans une occasion, au moins, ils lui cherchèrent querelle. Ritter se plaignit, le 1er juillet 1542, de ce que les autres « prédicants » refusaient de le laisser prêcher, comme auparavant, deux jours de suite par semaine. Ceux-ci ne voulaient pas qu'il fût censé avoir plus d'occupations qu'eux-mêmes, et ils lui reprochèrent sa prébende, plus forte que la leur. Il en résulta, de part et d'autre, des paroles amères, et le Conseil, témoin de cette scène désagréable, exprima aux pasteurs son vif déplaisir de ce qu'ils ne savaient pas s'accorder même dans les choses secondaires (Manuel du d. jour).

[3] Cette accusation atteignit même une fois *Érasme Ritter.* On lit, en effet, dans le Manuel de Berne, au 2 février 1542 : *Pauly* [*Strasser*], diacre de cette ville, ayant été envoyé comme pasteur à Berthoud, « *Bucerani electionem damnarunt, quia a Senatu factam,* etc., non canonicam allegantes. » Le 4, *Érasme Ritter, Sim. Sultzer, Gering* et le diacre *Schmid* sont réprimandés par le Conseil, à cause des critiques susmentionnées. Ils demandent un délai, parce que *Pierre Kuntz* n'a pu comparaître. — A la fin de ce paragraphe, le secrétaire a écrit : « *Novi papismi lex.* »

[4] A comparer avec le t. VII, p. 420, lignes 16-20.

[5] *Jean Luthard,* natif de Lucerne, avait été cordelier à Bâle (Ludw. Wirz. Helvet. Kirchengesch. V, Th. II, 342, 355).

[6] *Léon Jude* était mort le 19 juin (N° 1146, n. 2-3). On conserve aux Archives de Zurich le document intitulé : « Confessio Leonis Judæ octiduo antequam moreretur, » et le discours d'adieu qu'il adressa à tous les ministres zuricois appelés auprès de lui.

mensibus aliquot vacare prælectioni sacræ nequiverit[7]. *Argentorati Bucerus* non (?) solus molem sustinet et valetudine utitur satis firma, non sine miraculosa Domini gratia. Interea *bellicis adparatibus tumultuatur tota Germania.* Nam præter expeditionem Turcicam, quæ *Budam* versùs paulatim movere dicitur, et ea[m] quæ contra *Gallum* magnis paratur conatibus, etiam alia bella surgunt, quæ partim a *Brunswigo* et *Moguntino* moventur contra urbes saxonicas *Goslariam* et *Brunswigam,* partim a *Geldrio* contra *Mariam*[8], *Cæsaris* puto sororem. Quare exercitus 24 millium, à præstantibus [l. protestantibus?] urbibus atque ordinibus conscriptus, *Hesso* duce militabit et *comite Guillelmo a Furstemberg,* qui ad eam occasionem servatus ægrè dicitur[9]. *Basilienses legati hodie hîc tentant in concordiam redigere duas respublicas*[10] : quorum pio studio adspiret totius una-

[7] *Théodore Bibliander* (Buchmann), professeur de théologie à l'École de Zurich (Voy. J.-J. Hottinger, o. c. III, 751).

[8] *Marie,* veuve de *Louis,* roi de Hongrie, gouvernait les Pays-Bas au nom de son frère *Charles-Quint.*

Guillaume, duc de Gueldre et de Clèves, neveu de François I depuis son mariage avec Jeanne d'Albret (V, 146, VII, 184, 200, 201), devait nécessairement prendre part à la guerre contre l'Empereur. Dès l'ouverture des hostilités, son maréchal de cour, *Martin van Rossem,* envahit et ravagea le Brabant et il fut près de s'emparer de Louvain et d'Anvers. Il rejoignit bientôt dans le Luxembourg l'armée française du Nord, commandée par *Charles,* duc d'Orléans (Sleidan, II, 270, 272. — H. Martin. Hist. de France, VIII, 280).

[9] Fausse rumeur. Le comte *Guillaume de Furstemberg* n'exerça pas de commandement dans la guerre contre le duc *Henri de Brunswick.* Pendant cette courte campagne (13 juillet-12 août), il servait ailleurs et d'une autre manière les intérêts des princes protestants.

En vertu des droits qu'il prétendait posséder sur le bourg de *Gorze* (à 3 l. S.-O. de Metz), il y avait introduit une petite garnison et s'y était établi lui-même le 23 juin, bien résolu à prêter, de là, conseil et appui à ses coreligionnaires de la Lorraine. Mais sa première visite à la ville de *Metz,* le dimanche 9 juillet, y avait excité une émeute, dans laquelle succomba l'un des huit gentilshommes qui l'accompagnaient. Le 22 [l. le 12?], par une lettre datée de Gorze, il demandait une réparation aux magistrats messins, et dès lors il ne perdit aucune occasion d'intervenir auprès d'eux en faveur des partisans de l'Évangile (Voyez Meurisse, op. cit., p. 36-42).

[10] *Berne* et *Genève* (VII, 420, 453, n. 9). Les députés de Bâle étaient les suivants : *Christoffel Effinger, Joder Brand* et *Bläsy Sthölli.* Les nouvelles qu'ils annoncèrent au Conseil de Berne, le lundi 24 juillet, sont à peu près celles que *Sultzer* donne plus haut.

nimitatis pacisque exemplum Christus Jesus. Bene vale, mi frater, cum tuis omnibus, præcipuè *Jacobo Bernardo* [11], quem cupio meis verbis salutes amanter et diligenter. Bernæ, 24a Julii, anno 1542. Salutant te *Cont.*[*zen*] et *Beat*[*us*] [12].

Tuus Sultzerus totus.

1138

MARTIN BUCER à Jean Calvin, à Genève.

De Strasbourg, 25 juillet 1542.

Copie contempor. Bibl. de Zurich. Calv. Opp. XI, 414.

Gratiam et pacem. Nihil à proximis literis [1] accidit cujus referat te certiorem fieri, charissime et mihi colende Calvine, nisi *tumultus tyranni Brunsvicensis causa excitatus* [2]. Dum enim ille legatis *Ferdinandi,* postulantibus eum stare suspensioni proscriptionis à judicio cameræ pridem contra *Goslarienses* decretæ [3], respondit se id nullo modo facturum, et statim comparare equitem et peditem instituit, decreverunt principes fœderis nostri [4] et imperatores, *Elector Saxoniæ* et *Lantgravius,* illum justo bello coërcere. Nam *tyrannus* suis quotidianis vexationibus ac direptionibus *Goslariam* et *Brunsvicum* eò redegerat, ut intra trimestre tempus aut urbibus illis potitus esset aut ad eas conditiones compulisset, ut paulò pòst potiri illis facilè potuisset. Diu distulit *nostros* iniquitas temporis hujus

[11] *Jacques Bernard,* précédemment pasteur à Genève (VII, 410), devait l'être bientôt à *Satigny,* village du territoire genevois.

[12] Voyez la note 2.

[1] Allusion à une lettre perdue.

[2] Sur l'origine et les événements de la guerre de Brunswick, voyez Sleidan, II, 276, 277. — C. von Rommel. Philipp der Grossmüthige, I, 461-65. — La déclaration de guerre des princes protestants, datée du 13 juillet 1542 (Spalatini annales, p. 633-639).

[3] Tome V, p. 167, 168; VII, 49, 57, 59 (renv. de n. 27), 61, 90, 95, 97, 175.

[4] La ligue de Smalkalden, dont les chefs étaient l'Électeur *Jean-Frédéric* et *Philippe,* Landgrave de Hesse.

propter *bellum Turcicum*. Sed extrema nostrarum urbium necessitas, et metus ne tyrannus illis, potitus vicinia, evaderet intolerabilis, compulerunt negligere invidiam hujus temporis.

Decima nona Julii indictum bellum est, copiis nostris jam ferè coactis. Miles cupidè confluxit, utcunque jam *Germania* delectibus ad bellum contra *Turcos*, tam dudum a *Cæsarianis* habitis contra *Gallum*, et subductione eorum qui ad *Gallum* dilapsi sunt, exhausta sit. Socii tyranni ex fœdere adversario[5] adhuc nihil movent, nisi quòd *Bavari* et *Ferdinandici* suos provinciales jubent esse in armis et delectus faciunt. *Moguntitinus*[6] adhuc nihil prorsùs movet, cumque *ditio Moguntina* in eo fœdere non sit, per eam nostri milites deducti et arma apertè devecta sunt : tyranno [l. tyrannus] cum maximè voluisset conducere, nec pedites tamen nec equites comparare potuit : et bona pars equitatus qui in tyranni ditione est, cum nostris paciscitur. Itaque creditur tyrannus præter manum provincialium, et eam parvam, nihil habiturum militum quibus arces suas tueatur, quarum tres tantùm habet munitas. Primam autem, et ipsius sedem, quæ germanicè nomen habet à *bursa lupi*[7], eximiè munitam. Dabunt nostri summam operam ut provinciales tyranni, quos ipse in extrema ferè deduxit, minimùm affligantur. Unus metus nostris est, ne diu desidendum sit ad arces quas tyrannus forsan relinquet, et se aliquò dabit unde nostros incendiis et latrociniis vexare possit. An socii ejus cum apertè bello adjuturi sint, adhuc incertum est, nec multi credunt id eos facilè facturos. Nostri socii omnes bellum commune habent, præter unum *Virtembergensem*[8], qui temporis iniquitatem et periculum à fœdere adversario causatus, solus decrevit se non facere belli hujus participem, ut scilicet se gratum *Lantgravio* præstet[9]. Vos igitur in ecclesiis vestris Dominum rogabitis ut populo suo adsit. Certum enim id est, quidquid inimicitiæ nos-

[5] La « ligue sainte » fondée le 10 juin 1538 à Nuremberg, et jurée pour onze ans par les archevêques de Mayence et de Salzbourg et par les ducs Louis et Guillaume de Bavière, Georges de Saxe, Éric et Henri de Brunswick (V, 229, n. 11. — Ranke, o. c., 1843, IV, 111).

[6] *Albert de Brandebourg*, archevêque de Mayence.

[7] *Wolfenbüttel*, l'une des capitales du duché de Brunswick.

[8] *Ulric*, duc de Wurtemberg.

[9] C'est-à-dire, sans doute, pour lui laisser l'honneur du commandement suprême.

tris cum hoc tyranno extitit, causa Evangelii extitisse. Nihil enim prorsùs negotii aliud eis cum illo fuit, imò *Lantgravio* fuit conjunctissimus et ab illo summis beneficiis adjutus. Et jurant quoque ambo principes quàm sanctissimè, propter famosos et blasphemos ejus libellos arma contra eum hoc quidem tempore nequaquam sumpturos fuisse. Et quod decreverunt bellum, una causa tuendi urbes socias suscepisse, cum eas nulla alia ratione servare contra vim tyranni potuerint [10].

Exercitus qui contra *Turcos* cogi debuit, nec hodie creditur totus convenisse, cum nostri milites tertium jam mensem in castris agant, et prope omnium evangelicorum. Multi obedientium ne hodie quidem suos mittunt. *Ferdinandus* etiam nihil prope earum rerum præstitit quas in se recepit : nec enim bombardas et quæ ad eas necessaria parata habet, nec suas copias. *Legati Turci Viennam nuper venerunt* petentes, ut fertur, inducias trium annorum. Eas forsan necessitas nostris extorquebit, præsertim cum *Cæsar* tantum bellum suscipiat. Copiosum enim exercitum in *Italia* habet, quem indies auget. Idem fit in *Belgis*. Deus respiciat nos, ne sic distractum nostrum regnum prorsùs desoletur! Certè si unquam tempus fuit, nunc est, ut veram supplicandi rationem Deo revocemus et quidquid in nostris plebibus aures habet audiendi, in severiorem obedientiam Christi adducamus.

Nos hîc satagimus quidem, efficimus autem adhuc non multum. Instandum itaque precibus est, ut Dominus efficiat nos et sentire ejus plagas et vera cordium nostrorum contritione misericordiam ipsius implorare. Dominus te servet et uxorem totamque ecclesiam, et omnes fideles tibi cooperarios. Salutant te *Hedio, Sturmius* et *Sevenus* [11], *meaque uxor,* et tuæ precatur ut uterum commodè gerat et feliciter exoneret suo tempore. Argentorati, Julii 25, anno 1542.

M. Bucerus.

(Inscriptio :) Eximio servo Domini D. Joanni Calvino, pastori

[10] Les princes protestants affirment la même chose dans leur réponse du 11 août à Ferdinand, qui venait de les exhorter à renoncer à cette guerre (Sleidan, II, 279, 280).

[11] *Gaspard Hédion,* pasteur, *Jean Sturm,* professeur et *Gérard Serenus,* professeur de grec (Voy. Strobel, Hist. du Gymnase prot. de Strasbourg, p. 119).

ecclesiæ Genevatis, suo in Domino colendo symmystæ et fratri charissimo.

(Communes Calvino, Farello et Myconio.)

1139

JEAN CALVIN à Guillaume Farel, à Neuchâtel.

De Genève (28 juillet 1542).

Autogr. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 106. Calv. Opp. XI, 416.

Ego verò *meam negligentiam ex animo accuso damnarique libenter patiar,* ac vix petere veniam audeo : ita nihil est excusationis quod prætexam. Quòd tamen nihil per *Corderium*[1] scripsimus, illud partim in causa fuit quòd putavimus illum vivæ epistolæ loco fore, partim quia hîc tunc[2] nonnulli erant qui dicebant brevi se istuc ituros. Sed hoc habent vitii communiter, quòd jam ad iter comparati et accincti abire se denunciant, ac tunc rogant num quid ad te velim. In hunc modum *Sebastianus*[3], cum nuper *istuc* profectionem institueret, quam non absolvit : venit ad me sub noctem dixitque postridie summo mane se iturum. Ego autem nec eo die scribere audebam, ne valetudini officeret, et non soleo tam mane surgere[4], ut antevertere mea diligentia ejus celeritatem possem. Adde quòd habenda mihi erat concio. Sed istis sermonibus supersedeo, ne excusationem meditari videar, quam confessus sum nullam mihi esse.

Nisi *Viretus* jam est in itinere, *non ultra diu differet quin Bernam adeat. Sic autem inter nos convenerat, ut te in reditu potiùs inviseret, ne malevoli suo more instructum abs te calum-*

[1] *Mathurin Cordier* avait profité des vacances d'été à Neuchâtel pour faire une visite à ses amis de Genève.

[2] Édition de Brunswick, *nunc.*

[3] *Sébastien Châteillon,* principal du Collège de Genève (VI, 376, 377, 378, 400; VII, 56, 159, 359).

[4] Le 24 octobre 1538, *Calvin* écrivait à Farel : « Non insomniis modò... divexor, sed enecor etiam pervigiliis, quibus nihil valetudini meæ magis adversum habeo » (Voy. aussi t. VI, p. 231).

niarentur, si quid odiosi afferret : quod necesse erat. Voluimus ergo te hac invidia sublevare, tot aliis modis plus satis gravatum. Hoc ideo dico, ut si consilium nostrum improbabis, intelligas tamen ratione non carere. Quæ ante ejus discessum hîc gessimus, vel quæ nobis contigerunt, omnia tibi meliùs coràm verbis exponet : hæc causa est cur prætercam. *Fratres quos nuper elegimus*[5] *spero non ineptos fore* : modò accesserit mediocris exercitatio. Tametsi qui est omnium doctissimus[6], et *cui tribuimus inter illos primum locum, minimè est popularis.* Habet enim confusam dicendi rationem, atque ut ordine ac distinctè loqueretur, sermo tamen ipse obscurus est. *Aliis tribus fœliciter initia succedunt*[7], *tametsi nihil ad Viretum.* Itaque qui proficere cupiunt, simul optant me sæpiùs solito concionari. Quod facere incepi facturusque sum, donec alii plus gratiæ sibi conciliaverint. Proximo die dominico[8] *Catiniacum*[9] proficiscor ad *Jacobum* ordinandum[10]. Impedior in commendatione, sicuti facilè conjicere potes. Verùm quod esse in edificationem populi cognovero, id sequar.

In libello meo[11] *hoc mihi displicet, quòd non factum est ut optabam et ante tres annos statueram. Nempe ut aliqua abs te*

[5] C'étaient, d'après le Reg. des Conseils du 16 juillet : *Philippe Ozias,* surnommé *de l'Église,* natif « du diocèse de Fiezoz » [l. Vierzon, dans le Berri], *Pierre Blanchet,* du Lucz, même diocèse, *Matthieu de Geneston* et *Louis Treppereau,* natif de St-Vincent « de l'archevesché de Thoraynne » [l. de l'évêché de Téronane, dans l'Artois]. Ces deux derniers furent élus en qualité de diacres.

[6] *Philippe Ozias* (*Ecclesiasticus* ou *de Ecclesia*).

[7] Voyez le N° 1141, renvoi de n. 1-2.

[8] Le dimanche 30 juillet (note 10).

[9] *Satigny,* village paroissial à 2 l. O. de Genève. — Édition de Brunswick : *Satiniacum.*

[10] *Jacques Bernard* (VII, 40, 42, 410, n. 15). Le lundi 24 juillet, le Conseil de Genève décida que son installation à *Satigny* aurait lieu le dimanche suivant, et que M. Calvin s'y rendrait aussi.

[11] La *Psychopannychia,* qui fut imprimée à Strasbourg en 1542, pour la première fois (III, 245, V, 132, n. 13). Cette édition *princeps* porte le titre suivant : « VIVERE | APVD CHRISTVM | *non dormire animis sanctos, qui* | *in fide Christi decedunt.* | *Assertio.* | Ioannis Caluini. | ARGENTORATI *per Vuendelinum* | *Rihelium. Anno* M.D.XLII, » 8 et 51 feuillets petit in-8° numérotés, caractères italiques (Voy. les *Calvini Opera.* Bruns., t. V, Prolegom., p. XXXVII).

præfatio adderetur. Nec possum aliud dicere nisi quòd Sathan impedivit quominus hoc abs te extorquerem. Puduit enim abs te petere, ne quis aliam in partem acciperet. Sed ille pudor non fuit ex prudentia spiritus, quemadmodum nunc certò judicare possum. Quanquam aliud etiam ex obliquo intervenit. Promiseram enim *Michaëli* [12] me, simul atque ex *conventu Wormaciensi* rediissemus [13], exemplar [14] missurum cum hoc commento, ut ipse in præfatione diceres te ejus editionem curasse. Abiit ille [15]. Sic tota nostra ratio turbata fuit. Mirum tamen est nisi *ille noster encomiastes* [16] existimat mihi magis dolere, quòd non illæ tam amplæ vel potiùs prodigæ laudes quas mihi tribuit, in prima pagina leguntur [17]. Neque enim tam prudentem, opinor, esse censes, ut non illi hoc in mentem venire queat. De iis quos perstringit [18], præterire satius est, ne ejus cupiditati obsequamur. Videmus enim quid captet. Ergo sit illud pro non dicto.

Summarium [19], ubi miseris, libenter percurram, non ut censor, sed unus ex numero lectorum : nisi quòd, si quas cautiones adhibere potero, ne sit liber obnoxius improborum calumniis, hac parte tibi serviam. Quantùm ad *meas in Genesim observationes* [20] attinet, si Dominus longiorem vitam dabit et ocium.

[12] L'imprimeur *Michel du Bois*. Il avait apporté à Calvin, à Strasbourg, la première lettre de rappel des magistrats genevois, datée du 13 octobre 1540 (VI, 333).

[13] C'est-à-dire, à la fin de janvier 1541 (VII, 11).

[14] A la suite d'*exemplar*, Calvin a écrit *huc*, puis *istuc*, et il a biffé ces deux mots.

[15] Allusion à la déconfiture de *Michel du Bois*, qui le contraignit à quitter Genève dans le courant de l'année 1541 (VII, 252, n. 3-4).

[16] Personnage inconnu. Peut-être *Antoine Pignet* (V, 134, n. 19) ou l'un des professeurs de Strasbourg.

[17] Sur le titre même de la troisième édition latine de l'*Institution* (Argentorati, m. Martio, 1543), *Jean Sturm* fait un très grand éloge de cet ouvrage. Nous ne savons s'il en fut blâmé par *Calvin*.

[18] La préface composée par « *le louangeur* » n'existant plus, on ignore à qui se rapportent les mots : *De iis quos perstringit*, etc.

[19] Le manuscrit préparé pour une nouvelle édition du « *Summaire et briefue declaration daucuns lieux fort necessaires a vng chascun Chrestien*, » — ouvrage que Farel avait fait paraître à Neuchâtel en décembre 1534. Il a été réédité en 1867 par J.-G. Baum.

[20] Allusion aux leçons publiques dans lesquelles *Calvin* interprétait ce livre de l'Écriture sainte.

fortassis ad eum laborem manum adjiciam [21]. Sin minùs, non habeo magnam spem in auditoribus [22]. *Hoc mihi præcipuum caput est curarum, ut seculo meo serviam ac præsenti vocationi.* Si quid est reliquum opportunitatis, id posteris impendere conabor.

Scripturus eram plura, sed cum uxor nunc laboret non sine periculo, animus aliò abstrahitur. Hoc addam tamen : *semper moderationem tuam plurimi feci in ferendo collega* [23], *teque semper hortatus sum uti pergeres. Sed cum audio quoliter se gerat, nihil possum aliud judicare, nisi apertiùs esse tractandum.* Nam illud remedium mihi minimè placet, ut ab illo caveatis ac semper dissimuletis. Nam ille cum suspectum se animadvertit [24], eo fit deterior : simpliciter ergo potiùs eum monete. Vale, mi charissime frater. Dominus te diu conservet! Saluta fratres nostros omnes, *tuos* etiam cum *uxoribus* diligenter.

Lege literas solus vel cum paucis ac remitte, ne quid exeat [25].

(Inscriptio :) Suo Farello [26].

[21] C'est-à-dire : peut-être publierai-je moi-même un commentaire sur la Genèse, et je répondrai ainsi à votre désir.

[22] Plus tard, ses auditeurs prirent soin de recueillir et de faire imprimer ses leçons d'exégèse.

[23] Il s'agit ici de *Jean Chaponneau*, second pasteur de Neuchâtel.

[24] Nous verrons *Chaponneau* se plaindre avec douceur d'être tenu à l'écart et privé de la confiance de Farel (N° 1201). « Fateor ingenuè (dit-il), jamdudum egrè admodum tulisse, quòd *me neglecto* ad plerosque, de rebus quas me rescire oportebat, profusas scripseris epistolas. »

[25] *Farel*, écrivant à Bucer, le 10 mai 1529, avoue qu'il laisse trainer tous ses papiers, « cum omnia (dit-il) exposita habeam, sineque aliquo secessu omnia omnibus pateant » (II, 174). A comparer avec le t. VI, p. 237, renvoi de note 25.

[26] L'adresse n'est pas de la main de Calvin. Farel a écrit au-dessous : *28 Julii 1542.*

1140

JEAN CALVIN à Benoît Textor, à Neuchâtel.

(De Genève, 28 juillet 1542.)

Billet autographe, écrit à la fin de la lettre précédente.
Calv. Opp. XI, 419.

D. Textori [1], fratri et amico singulari.

Primùm hoc abs te contento [l. contendo] ut, cum te domum [2] recipies, hac iter facias : deinde ut *circa Neodunum* [3], *vel paulò suprà ab itinere deflectas ad nobilem quendam, patrem ejus adulescentis qui apud me vivit* [4]. *Pagus ejus vocatur Boursin* [5]. *Rollæ* poterit tibi indicari. Erit illi gratissimus tuus adventus, ac, ut spero, beneficium agnoscet. Ego hoc abs te in ejus gratiam impetratum esse velim.

1141

JEAN CALVIN à Pierre Viret, à Lausanne.

(De Genève, 28 juillet 1542.)

Autogr. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 106. Calvini Epistolæ et Resp. 1575, p. 368. Calv. Opp. XI, 420.

S. In quanta anxietate tibi scribam, narrabit hic frater. *Uxor* enim parturit, non sine extremo periculo, quòd nondum uterus

[1] *Bénédict* ou *Benoît Textor,* médecin, natif de Pont-de-Vaux, en Bresse, était très considéré à *Neuchâtel,* où il séjourna plusieurs fois assez longtemps (Voy. sa lettre du 19 déc. 1542).

[2] C'est-à-dire : lorsque vous irez visiter votre famille à *Mâcon.*

[3] La ville de *Nyon,* sur la route de Lausanne à Genève.

[4-5] D'après un ensemble de probabilités que nous indiquerons à propos

partui maturus erat. Sed Dominus respiciat nos! *Nostri omnes jam fecerunt periculum.* Primus[1] specimen ad populum dedit, quale semper expectavimus. *Petrus* multò aptior ad docendum. *Genistonio* fœliciter cessit prima concio. Quartus[2] spem nostram superat. In *stipendiis horum* non sumus consecuti quod volebamus. Nam duobus aliis *Senatus* sine magna disceptatione decrevit quantùm priores habebant : hoc est *Henricus* et *Champerellus*[3]. Permiserant *de diaconis* consultationem syndico *Cormuensi*, *Joanni Parvo*[4] et mihi. Verùm postquam retulimus, non sunt obsecuti nostro consilio. Ergo *Genistoniis* non ultra ducentos habet : *alter* duntaxat centum quinquaginta[5]. Spem tamen melioris status interea fecerunt. Cum viderem difficiliores in hac re, *acriter aurem illis vellicavi de administratione bonorum eccle-*

d'une lettre subséquente, *le gentilhomme* vaudois dont parle ici Calvin était *François de Senarclens*. Il possédait un fief noble et « une maison forte » à *Bursins*, village situé à 3/4 de lieue et à l'ouest de la ville de *Rolle* (Voyez le Dict. hist. du C. de Vaud, par Martignier et de Crousaz, art. Bursins, p. 131, 132, 133). Celui de ses fils qui vivait chez *Calvin* s'appelait *Claude*.

[1-2] En comparant ces détails avec ceux du N° 1139 (note 5), on s'assure que « le premier » des pasteurs récemment élus était *Philippe de l'Église*, et « le quatrième, » *Louis Treppereau*.

[3] Le procès-verbal du Conseil du 22 juillet nous apprend que *Ph. de l'Église* et *Pierre Blanchet* devaient recevoir un traitement annuel de 240 florins, égal à celui d'*Henri de la Mare* et d'*Amé Champereau*. Le Conseil décida, le même jour, que *Geneston* aurait 200 florins, parce qu'on le savait capable « de conseiller [au besoin] les affaires de la ville. »

[4] Le syndic *Amblard Corne* et *Jean Petit*. A notre connaissance, J. Petit n'était pas membre du Conseil ordinaire.

[5] Bèze a placé cette phrase entre deux crochets barrés, et il l'a supprimée dans le texte imprimé. « *Alter* » désigne *Treppereau*. Comme il n'avait pas de famille, on fixa pour lui une pension de 140 florins (Roget, o. c. II, 40).

Nous avons dit (t. VI, p. 105, note 130) d'après les calculs de M. Ernest Chavannes, que *le florin de Savoie* valait alors 4 fr. 50 de notre monnaie. M. J.-B. G. Galiffe (Quelques pages d'histoire exacte, 1862, p. 88-89) l'évalue à 12 fr., ce qui nous paraît excessif. M. Théophile Heyer, directeur des Archives de Genève, s'était arrêté, après de longues recherches, au chiffre de 8 fr., qui est, à 25 centimes près, la moyenne entre 4 fr. 50 et 12 fr. Que l'on calcule, sur cette base, la pension des pasteurs de Genève, en y ajoutant 40 florins à cause de la maison et des meubles très simples que le Conseil leur prêtait, — on arrivera aux sommes suivantes : 1440, 1920, 2240 fr. Leur traitement le plus élevé n'était pas, en 1542, supérieur

siasticorum : « in tempore cogitandum illis esse, qualiter Deo et hominibus rationem reddituri forent : *Papam* fuisse furem et sacrilegum, videndum ne simus successores. » Usus sum autem præfatione quæ attentionem excitaret : « Meliora esse vulnera amici, etc. Item : Ne quærerent Balaam qui illis in maledictione benediceret. » Res in aliud tempus dilata fuit. Dixi enim omnino oportere brevi ejus tractationem seriam suscipere. Domum tuam volebant relinquere vacuam, sed ego dissuasi, non malis rationibus. Itaque *Philippo Ecclesiastico* data est. Vale [6].

(Inscriptio :) Suo Vireto.

de beaucoup à celui de leurs collègues du Pays de Vaud (VI, 105), et aucun d'eux ne pouvait nager dans l'abondance.

On sait d'ailleurs que les magistrats de Berne et ceux de Genève, toujours prompts à secourir les malades sans famille et les pauvres, n'étaient pas prodigues des deniers publics. Quand ils accordaient une augmentation de paie, c'est qu'il était urgent de l'accorder. Déjà le 20 octobre 1543, les ministres de Genève demandent qu'on augmente leurs gages, « attendu le cher temps. » On les exhorte à patienter. Ils reviennent à la charge trois mois plus tard, et le Conseil répartit douze écus entre cinq d'entre eux. Le 27 novembre 1543, les gages de *Treppereau* sont, sur sa demande, portés de 140 à 200 florins (Roget, II, 81). Dès le mois de janvier 1558, les ministres de la campagne reçoivent 250 florins (Communication de M. Th. Heyer). Enfin, écoutons *Calvin,* dont le témoignage offre ici un intérêt particulier. Il écrivait à Renée de France, le 10 mai 1563, en lui recommandant *Franciscus Portus* : « Ses *gaiges* sont si petis, *comme de nous tous*, qu'il luy seroit impossible d'en vivre, s'il n'avoit support d'ailleurs pour le soulaiger de ses charges » (Voy. Jules Bonnet. Lettres franç. de Calvin, II, 516). *Portus* avait une fille à marier.

Calvin écrivait encore, le 17 oct. 1563, à l'hébraïsant *Jean Mercier* : « Exiguum quidem *stipendium* esse fateor. Libræ enim ducentæ penduntur. Ædes dantur satis amœnæ et spaciosæ. Verùm cogita impensas hîc minores esse quàm apud vos [scil. *Parisiis*]. »

[6] Ce dernier mot et l'adresse sont d'une autre main.

1142,

LES PASTEURS DE LA PRÉVOTÉ au Conseil de Berne.

De Moûtier-Grandval, 29 juillet 1542.

Inédite. Manuscrit original. Arch. de Berne.

Grâce, paix en Dieu, nostre bon père le tout-puissant, par nostre Seigneur Jésus-Christ soit tout jo[u]rs avec vous! Amen.

Très redoubter et magniffique, puissant, honorables Seigneurs Messieurs de Berne! Nous vous prions tous par en sembles que vous persévérez tout jours, ainsy comme vous avez desjà aulcuns temps jusque ysi, à debvoir mantenir l'honour et la gloyre de Dieu : laquelle chouse Dieu par sa grâce vous doing tous jors force et puissance de le faire! Amen.

Noz honorez Seigneurs, nous avons receu vous lettres [1], desquelles sommes bien joyeulx les avoir leutes, comment bien cognoissont que vous avez fort bon voloir de mantenir l'honour et la gloire de Dieu, et de mestre hordre entre vous conborgois de *la Prévostez*, affin que toute abomination soit vuydée et déchassez, principallement enver *le prévost* [2] et *le peuple :* sus lequeulx mandement vous renvoyons *vostre réformation* [3] escripte dens vostre ville de *Berne*, ay[n]sy que avons atendus [l. entendu] que l'avié composez, por ycelle debvoir gardez et observé. De Mothié grand vaulx, ce XXIXe Julii, anno XLII.

Por les vostres bons amy et serviteurs LES MINISTRES DE LA PAROLLE DE DIEU A LA DITE PRÉVOSTEZ DE MOTHIÉ GRAND VAULX.

(Suscription :) Aux très ylustres Princes, magnifiques Seigneurs Monsr l'Avoër et Conseil de la ville de Berne, nouz bons amys.

[1] Lettre qu'ils avaient probablement reçue par l'intermédiaire des députés bernois envoyés à Moûtier-Grandval pour le 23 juillet (N° 1128, n. 10).

[2] Le prévôt du Chapitre de Moûtier, *Cornelius de Lichtenfels* (VI, 98, n. 87).

[3] L'édit de Réformation publié par MM. de Berne le 24 décembre 1536 (Ruchat, IV, 389, 522-531).

1143

PIERRE VIRET à Jean Calvin, à Genève.

De Lausanne, 30 juillet 1542.

Autogr. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 111ª. Calv. Opp. XI, 421.

S. Tam fuerunt mihi gratæ tuæ literæ[1] quàm meum auxit animum *domestica ista afflictio,* qua te Dominus, multis alioqui iisque gravissimis curis confectum, exercere voluit, nec tantisper quiescet animus dum aliquid nuncii lætioris ea de re audivero[2]. Quicquid tamen eveniat, fortiter standum est, nec magis animo frangi nos decet quàm sanctum illum virum Jobum, quem tot simul mala oppresserunt, ut videretur Deus penitùs [eum] deseruisse, ac totum permisisse Satanæ ludibrio et libidini. Sed quid ista tibi occino veterano in hac arena militi, qui jam tot luctibus pridem penitùs exhaustus esses, nisi te fides in morem Abrahæ erigeret et fulciret?

Grata fuerunt quæ *de successu fratrum* scripsisti, præsertim *Genistoni,* cui præ cæteris timebam, propter innatum illum pudorem et sui diffidentiam. De rebus nostris *Gurinus*[3] omnia referet. Conventuri sumus *Viviacum* ad diem Martis[4]. Dimisso cœtu, ubi primùm licebit, iter *Bernam* arripiam, sed *Neocomo* iter facturus, præter nostram utriusque sententiam. Nam id *Farellus* literis à me postulavit, ac se comitem adjuncturum, si videretur, recepit. Quamvis non levis erat causa quæ secùs mihi faciendum esse suaderet, contigerunt tamen, ex quo abs te discessi, plurima, ac multa mihi sunt narrata, quorum causa consultius est ut cum *Farello* colloquar priusquam *Bernam* perve-

[1] Lettre N° 1141.

[2] La femme de Calvin lui donna un fils, qui ne vécut que peu de jours (Voy. la lettre du 19 août).

[3] Les nouveaux éditeurs de Calvin disent qu'il est ici question de *Thomas Grinæus,* professeur à Berne (V, 56). C'est une erreur. Il s'agissait de *Pierre Gurin* : son nom est nettement écrit dans l'original.

[4] Mardi 1er août.

niam. Cujusmodi eæ res sint, quia non tutò committuntur literis, nec earum ignoratio plurimùm in præsens tibi obesse potest, malui differre tantisper earum narrationem, dum aut tu nos aut te nos invisamus. *Farelli* literas[5] ad te mitto. Causam *Gurini* ut habeas commendatissimam oro, quocunque modo homini adesse poteris[6]. *Claudius Franeus* me etiam oravit ut suam tibi sæpe commendarem[7], quamvis nihil sit opus apud te commendationibus. Saluta *uxorem*, cui præcor et ejus fœtui[8] fausta omnia. Saluta omnes fratres meo nomine. Nostri te et tuam uxorem omnes salvere jubent. Vale. Lausannæ, 30. Julii 1542.

Tuus P. Viretus.

(Inscriptio:) Suo Joanni Calvino fratri et symmystæ conjunctiss. Genevæ.

1144

PIERRE VIRET à Jean Calvin, à Genève.

De Lausanne, 8 août 1542.

Autogr. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 111a. Calv. Opp. XI, 423.

Salutem. De rebus nostris audies tabellarium. *Crastino die*

[5] Cette lettre de Farel n'a pas été conservée.

[6] Voyez, sur *Pierre Gurin*, le t. VI, p. 240, note 36. Depuis 1539 il était domicilié dans le territoire bernois; mais il venait parfois à Genève pour ses procès. Il en eut un à soutenir contre *Jehan Barralis*, et un deuxième contre *Estienne Dadaz* (Reg. du Conseil, *passim*).

[7] *Claude Franc*, citoyen genevois, fils du conseiller *Domaine Franc* et d'une sœur du capitaine général *Jean Philippe*, était beau-frère du premier syndic *Amblard Corne*. Il était l'ami des Articulants fugitifs (V, 372, n. 10; VI, 199; VII, 412), et, par conséquent, hostile au parti calviniste (J.-A. Galiffe, Notices, III, 222, 223. — A. Roget, II, 100). On voit cependant qu'il ne dédaignait pas, en 1542, de se recommander aux bons offices de *Calvin*; et lorsqu'il épousa, vers la fin de septembre, même année, la fille du syndic *Jean Baux*, il invita à ses noces le réformateur *Pierre Viret*.

[8] Édition de Brunswick : *fratri*. Le mot *fœtui* se lit distinctement. Il n'existe d'ailleurs aucun indice que le frère d'*Idelette de Bure* (VI, 275, n. 15) soit venu à Genève dans ce temps-là.

cum Holardo[1], qui meæ profectioni comes adjunctus est à fratribus, *solvam hinc*, si ita Domino visum est, *Bernam concessurus :* cujus comitatus, præter alias rationes, justus mihi prætextus erit nostri *Neocomo* transitus. Nam cum jurejurando, ab hinc annos decem aut undecim, finibus *Friburgensis ditionis* exularit[2], nec tutus illi illhac transitus pateat, cogimur, etiam si nulla intercedat causa alia, *Neocomo* iter facere, aut alias quærere viæ ambages. Nihil aliud addam, nisi ut amicos salutes diligenter et, si qua ratione fieri potest, per hunc tabellarium *ad me mittas formam disciplinæ ecclesiasticæ quam isthic instituimus*[3]. *Hîc nobis conantibus multa adversabuntur, pauca juvabunt*[4] *: auden-*

[1-2] *Jean Holard,* natif d'Orbe, ancien chanoine et doyen de la collégiale de St-Nicolas à Fribourg, avait été banni de cette ville et du territoire fribourgeois, vers la fin de l'année 1530, à cause de ses opinions religieuses. Le 19 avril 1531, MM. de Berne le firent présenter, en qualité de pasteur, à la paroisse de Moûtier-Grandval. Dès lors il prêcha l'Évangile à la Neuveville, à Orbe, à Bex, à Corcelles-sur-Chavornay, et de nouveau à Bex (Voy. t. III, p. 11, 12; IV, 451, 452. — Pierrefleur, 15, 57, 121. — Ruchat, III, 37, 572).

Dans l'un de ses voyages à Berne, vers 1534, *Jean Holard* avait signalé au professeur *Rhellicanus* les monuments de la ville d'*Orbe,* « præter alia antiqua rudera et numismata, turrim miræ vetustatis » — renseignement que celui-ci n'eût garde d'omettre dans ses *Annotationes* sur les Commentaires de Jules César (Basileæ, 1543). Il en est résulté, pour le « prédicant » d'Orbe, l'honneur très inattendu de voir figurer son nom, à côté des noms d'Ægidius Tschudi, d'Alciat, de Rhenanus, de Budé et de cinquante-deux autres savants, dans la Nomenclature des « auteurs » cités par Rhellicanus.

[3] L'influence de Calvin et de Viret ayant été grande dans la commission genevoise qui prépara, de septembre à nov. 1541, les Ordonnances ecclésiastiques (VII, 350, 351. — Cornelius. Die Gründung der Calvinischen Kirchenverfassung in Genf). *Viret* pouvait dire à *Calvin,* sans vanterie : *formam disciplinæ quam isthic instituimus.*

[4] Il convient de reproduire ici le paragraphe suivant du Manuel de Lausanne du 2 avril 1542 : « Fuerunt producti et lecti certi Articuli, in numero undecim, emanati a Dominis Verbi Christi Ministris in *Viriaco,* die 27ª mensis Martii... Super quibus fuit... arrestatum, ipsos tales quales Articulos respective observari debere quantùm possibile erit, et etiam illis respective obviare. Nec non etiam... arrestatum, quòd abhinc quicunque insolentias faciet contravenientes bonis moribus et certis statutis hactenus... per... Dominos nostros Bernenses factis et jam aliàs publicatis, — tales contravenientes, post certas remonstrationes ipsis factas, debeant absentare *villam Lausannæ,* juxta casus per ipsos perpetrati exigentiam,

dum tamen erit aliquid, et bona spes est Dominum fortunaturum nostros conatus. Nihildum aggressus aut conatus sum, sed *Berna reversus constitui seriò ac sedulò his ecclesiæ ruinis manum admoliri. Puto te audivisse quid sparsum sit rumoris de ministrorum Bernatium emissione*[5]. Id enim legatis vestris *Basilæa* redeuntibus[6] indicavi, à quorum discessu nihil habeo compertius quod ad te scribam. Præsens meliùs omnia intelligam. Saluta *uxorem* meo nomine, *fratrem*[7] et domesticos omnes et tuos collegas. Vale. Lausannæ, 8. Augu. 1542.

Tuus P. VIRETUS.

(Inscriptio :) Suo quàm chariss. fratri et symmystæ Joanni Calvino. Genevæ.

1145

CLAUDE DE SACHINS[1] à Jean Calvin, à Genève.

(D'Asnières, en Bresse[2]) 12 août 1542.

Autogr. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 112. Calv. Opp. XI, 425.

Si magnam aliquando ex ullis amicorum literis, ex tuis vel maximam cæpi voluptatem : neque quantùm ego existimo id abs re, ut pote per quas fœlicibus, ut spero, auspiciis *me nihil tale*

et hoc ad tempus et benivolentiam... Domini Burgi Magistri et Dominorum Consulum Villæ Lausannæ. »

[5] Ce qui s'était passé à Berne, du 31 juillet au vendredi 4 août, donnait lieu de croire que plusieurs ministres bernois allaient être congédiés (N° 1147, n. 3, p. 96, et la fin de la n. 13, p. 100).

[6] Les députés genevois *Claude Pertemps* et *Pierre Tissot* ayant appris, à *Bâle*, que les Bernois n'acceptaient pas les propositions de Genève (VII, 453, n. 7-9), ils étaient revenus sur leurs pas. *Viret* les avait vus à leur passage par Lausanne.

[7] *Antoine Calvin.*

[1-2-3] On a de ce personnage cinq lettres, adressées à Calvin. La seconde est datée : *Ex villa nostra Aneriana*, 7 novembris 1545. La quatrième : Ex domo nostra Aner., 9 Oct. 1550. Il y parle des deux prisonniers dont, le 24 septembre, il lui annonçait l'arrestation, et qu'il va recommander au

meritum ad amicitiam tam humaniter invitas[3], *ad quam sanè me jam olim ardentissimis votis aspirasse testes mihi sunt quàm plurimi* : idque cum eruditionis multijugæ nomine, quam in te, ut par est, unicè sum semper exosculatus, tum verò multò magis, quòd gloriam Dei, atque ipsum adeò Christi negocium, syncerè ac diligenter promovere te intelligam. Faxit Dominus Deus ut quod fœliciter in te cœpit fœlicissimo exitu coronet ! Quod autem, charissime frater, piorum hominum sermoni nonnihil deferens, de me præclariùs sentis, ingenteis per Christum tibi gratias ago : non quòd iis laudibus quibus me oneras mirum in modum delecter, ut qui me iis ferendis imparem planè agnoscam, sed quòd ea demum occasione Christianum tui animi candorem habeam perspectum, qui ex ægregiis suis dotibus aliorum metiatur virtutes. Adde quòd hæc haud aspernanda quidem mihi videtur adhortandi ratio, quam sanè perinde ac commodè nobis adjectum stimulum lubenti animo amplectimur. *Quàm* verò *cuperem* (si ita Domino videretur) *sacris istis interesse conventibus, in quibus*

second président de *Chambéry*. Dans la cinquième, écrite « Ex Aneria nostra, nonis maii 1554, » il dit : « Frater meus... et D. *Textor*, qui hic apud nos est, te salutant. » Tout annonce que l'écrivain habite un pays voisin de Genève et de la Savoie ; mais il s'agit de déterminer exactement le lieu.

La France ne compte pas moins de seize localités du nom d'*Anières* (ou *Asnières*). La plus rapprochée de Chambéry est située dans la Bresse, et sur le chemin que *Textor* avait dû suivre, à la fin de juillet 1542, pour se rendre de Genève à *Mâcon* (N° 1140). Ce point étant acquis, il suffisait de consulter Guichenon (Hist. de Bresse et de Bugey. Lyon, 1650, Partie III, p. 339-40) et Edm. Révérend du Mesnil (Armorial hist. de Bresse. Lyon, 1872, p. 598), pour savoir que *Claude de Sachins*, seigneur d'Anières, et son frère *François*, seigneur d'Anières, du Saugey et de Chamergy, étaient les derniers représentants de l'une des plus anciennes familles chevaleresques de la Bresse, connue primitivement sous le nom de *Sept chiens* (de septem canibus). Un *Claude de Sachins*, seigneur de la Mylatière et parent éloigné des deux personnages précédents, exerçait les fonctions de bailli à *Pont-de-Vaux*, ville natale de *Textor*.

A la Révocation, la famille *de Loriol* possédait « le château d'*Asnières*, à moitié chemin de *Bourg* à *Mâcon*. C'est la plus belle résidence seigneuriale du moyen-âge qui ait été conservée en Bresse » (Edmond Chévrier. Notice hist. sur le Protestantisme dans le département de l'Ain. Paris, 1883, p. 110. — Haag. France prot. VII, 128).

Ce fut, sans doute, *Benoît Textor* qui, partant pour la Bresse, engagea *Calvin* à écrire au seigneur d'Anières (Voy. les n. 6, 7, et le N° 1140, n. 2).

crebri de rebus divinis seriò miscentur sermones, humana conquiescunt somnia, ubi charitas æmulationis nescia mirificè suas exerit vires, ubi denique non tectus ac lacerus, sed apertus atque integer prodit Christus[4]! Potior certè dies una in atriis Domini quàm mille anni vel in ipsis impiorum palatiis.

O utinam me posse frui dent numina tantis
Divitiis, quas ampla æquat non copia regum!

Sed fortè sese aliquando offeret tempus illud, quo mihi, etsi nunc arctiùs irretito[5], olim tamen libero licebit evolare. Interim quoad spiritus hos reget artus, pro virili dabimus operam, ut ea necessitudo, quæ Christo auspice inter nos fœliciter est inita, majus in dies accipiat incrementum. Cæterùm *quod ad eum attinet, quem nobis* (quæ tua est humanitas) *diligenti cura ministrum exquisiisti*[6], quàm maximas possumus ex animo gratias

[4] Ce passage prouve que les éditeurs des *Calvini Opera* se sont trompés en affirmant (t. XV, p. 133, n. 3) que *Claude de Sachins* résidait dans le bailliage de Thonon, à *Anière*, près de *Veigi*. — Le hameau d'*Anière* est situé sur la rive gauche du lac Léman et à deux lieues de *Genève*. Il appartenait depuis 1536 au territoire bernois, et faisait partie de la paroisse réformée d'*Hermance*, dont le pasteur, en 1542, était *Antoine Rabier* (IV, 364; VI, 275, 404. — Voy. aussi Fr. Mugnier, L'Hôpital d'Hermance, 1542-1733, Thonon (1886) p. 14). Si *Claude de Sachins* avait habité le susdit hameau, il aurait eu toute facilité de faire la connaissance personnelle de *Calvin*, et n'aurait pas été réduit à soupirer après un culte évangélique.

[5] Il exerçait probablement des fonctions publiques, ainsi que son homonyme, le sieur de la Mylatière.

[6] La suite du discours et, en particulier, cette phrase : « Det Dominus ut *is* nobis sit tam commodus, quàm *nos* ei vicissim *apti* simus. » — sembleraient annoncer que le seigneur d'Anières avait fait prier *Calvin* de choisir pour sa maison, non pas un serviteur quelconque, mais *un ministre de l'Évangile*. Notre interprétation peut paraître téméraire; mais nous la croyons en partie autorisée par certains traits de l'histoire de *la Bresse*.

De bonne heure, cette province s'était ressentie du voisinage de *Genève* et de *Lyon*. Nous avons vu en Suisse, dès 1531, des Évangéliques bressans : *Pierre Masuyer, Claude Bigothier, Angelin Chasnal* (II, 375, 424, 425, 489; VII, 287). *Alexandre Canus* prêchait dans *la Bresse* en 1533 (III, 162). Le duc de Savoie tenta vainement de s'opposer par la force à l'invasion des nouvelles doctrines, et il fut mal secondé par le pape Paul III, qui supprima l'évêché de Bourg (4 janvier 1535). Vers cette époque, on comptait à *Bourg* trente-cinq bourgeois suspects d'hérésie (Chévrier, o. c., p. 14-17). En 1536, François I s'emparait de la Bresse, et pendant plusieurs

habemus. Qui hasce perfert [7] multis nominibus hominem nobis commendavit, idque quantùm intelligo non ex auditu, ut quem prædicet se propiùs habere perspectum : itaque huic rem totam commisimus. *Det Dominus ut is nobis sit tam commodus, quàm nos ei vicissim apti simus!* Nihil superest, frater in Domino amantissime, nisi Christum Dominum ex animo oremus, ut sacris sui spiritus dotibus ministerium tuum magis ac magis in dies illustrare pergat, in quo te cupio valere. *Salutat te unicè frater meus* [8]. Tu verò cura ut nos precibus tuis Domino jugiter commendemur. Domi 12. Aug. 1542.

Tuus in Christo Clau. De Sachins [9].

(Inscriptio :) D. Joanni Calvino fratri et amico singulari [10].

années il ne s'occupa de ce pays que pour l'accabler d'impôts. On peut même dire qu'en 1538 il y introduisit un ardent ennemi du catholicisme, en garantissant au comte *Guillaume de Furstemberg* les revenus des seigneuries de Bagé et de Pont-de-Veyle, situées près de Mâcon (VI, 239, n. 34).

Quantò mihi fuit optatius, ut primùm abs te ipso, deinde à ceteris omnibus, quàm gratissimus erga te esse cognoscerer, tantò afficior summo dolore, ejusmodi tempora post meam profectionem [2] consecuta esse, ut de me secùs existimandi nonnihil loci dederim. *Te* enim *mandasse ludimagistro Bielensi* [3], *ut annotationes tuas repeteret, ex aliquibus intellexi. Quòd seriùs redditæ fuerunt, in causa hæc sunt.* Cum *Neocomum* venissem [4], et peregrinationem meam absolutam esse putarem, me mea expectatione frustratum esse video : nam continuò *aliò* [5] eundum fuit. Ea absoluta, quum putarem mihi tandem aliquando quiescendum, literæ à *matre* [6] afferuntur, quibus me ad se vocavit : consilium fratrum fuit, auditis causis, ut eò concederem. Illico

[1] Voyez, dans les Indices des t. V, VI, VII, les passages relatifs à *Eynard Pichon.*

[2] Allusion à son voyage à *Zurich* en octobre ou novembre 1541 (VII, 252, n. 9 ; 260, n. 1 ; 274, n. 1 ; 295, n. 1, 2).

[3] *Jean Rhellicanus* a déjà figuré dans les tomes précédents. Après avoir étudié à *Cracovie* et à *Wittemberg,* il dirigea l'École de *Berne,* puis celle du Fraumünster à *Zurich.* Il fut appelé à *Bienne* comme pasteur en 1541. La vie de ce savant modeste a été racontée par L. Meissner (Berühmte Züricher, I, 114-115), et F. G. Freytag (Adparatus litterarius. Lipsiæ, 1755, III, 429-434) donne sur ses ouvrages de nombreux renseignements. *Rhellicanus* avait achevé en avril 1540 un livre très curieux et très intéressant, intitulé : « *Notæ sive Prælectiones Bernenses in Cæsarem,* » imprimé à Bâle en 1543, in-8°. C'était une entreprise hardie, et qui n'avait été tentée par personne, sauf par *Glareanus* (1538,1540). Alde Manuce (1547-1597) a souvent copié textuellement *Rhellicanus,* sans le nommer.

[4-5] Arrivé à *Neuchâtel* le 19 ou le 20 novembre 1541, *Pichon* avait dû aussitôt repartir pour *Berne* (VII, 364, n. 2).

[6] La mère d'Eynard Pichon vivait dans le Dauphiné.

me itineri accingo : remora præter opinionem, ad menses aliquot, injicitur *Geneve*[7]. Redii tandem *Neocomum,* audio ad vos de negotio *Farelli* scripsisse fratres[8] : quæ res me negligentiorem reddidit, ubi viderem mihi ablatám esse scribendi occasionem. Paulò post, cum aliquem qui *Bielam* profisciceretur (*sic*) interrogarem, num *Reliquanum* novisset, respondit se novisse, sed è vita migrasse[9], quod nuntium mihi peracerbum fuit. Sic occasio mihi ablata fuit, et ea est causa quòd per me de omnibus rebus certiores facti non estis, et meam erga vos et benevolentiam et fidem perspicere non potuistis. Cui darem perferendas non habebam, defuncto *Reliquano,* quia in eo sum loco ex quo propter intervallum, pauci ad vos ire solent[10]. Quare, quòd non tam celeriter *annotationes tuæ in Oseam,* quàm tu expectabas, redditæ fuerunt, miserere temporis, et ignosce timori nostro : nam ego pertimui, neque injuria, alicui dare quem ad te certò perferre nescirem : præsertim cum tale fasciculum esset, ut eum (*sic*) non auderem temere committere. Sed ubi certi hominis potestas fuit, cui rectè darem, non prætermisi.

Hæc paucis significare volui, ut quam sperabam atque optabam, habere te de me oppinionem, conservares. De quo etsi te non dubitare certò sciebam, tamen quia maximi ex[is]timo ut incorrupta maneat, laboravi. Quod quando ut volo, mihi persuadeo esse, à te maximopere, pro nostra summa conjunctione tuaque singulari humanitate, etiam atque etiam peto, et quæso ut si me et fidum et tua amicitia dignum cognovisti, ne me desperes : sed qui fuerim, idem perpetuò me esse et futurum cogites. Ego ut me tibi amicissimum esse omnes intelligant, corrigendo curabo. Tu vicissim, si me amaveris, de tuis rebus sæpiùs scribendo amorem tuum erga [me] confirmabis. Et valebis.

Neocomi, 6 kalend. septemb. 1542.

Tui amantissimus ENARDUS PICHONUS.

[7] Nous ne savons pour quelle raison il fut retenu à *Genève.* Quelques mois plus tard, il put visiter sa mère (Voyez la lettre du 28 novembre 1542).

[8] Les ministres neuchâtelois écrivirent à ceux de Zurich le 28 février 1542 (VII, 427-436).

[9] *Rhellicanus* était mort de la peste à *Bienne,* le 1er janvier 1542, âgé de quarante-quatre ans, et non de soixante-quatre, comme le dit Meissner.

[10] Nous ignorons dans quelle paroisse reculée il était pasteur. En 1553, on le trouve à *Dombresson,* dans le Val-de-Ruz.

Salutem dices, si placet, præstantiss. viro et fideliss. ministro D. *Heinrico Bullingero* et Domino *Conrado Gesnero,* cum vestris omnium uxoribus.

(Inscriptio:) Pio et doctiss. juveni Rodolpho Gualthero. Tiguri.

1152

LE CONSEIL DE BERNE à Pierre Viret, à Lausanne.

De Berne, 29 août 1542.

Inédite. Minute originale. Arch. de Berne.

L'Advoyer et Conseil de Berne, nostre salutation.

Honorable, très expert, chier et bien aymé! Sur ce que les doyens par delà, avoir entendue nostre résolution et conclusion touchant le différent qu'est esté entre nous prédicants icy, à cause du Sacrament, etc., ont desmandé[1] leur communiquer ung double de *nostre Disputation*[2], en latin ou en françoy,

[1] La lettre du 16 août (N° 1148) les avait invités à se présenter, le lundi matin 28, devant le Conseil de Berne. Et cette lettre ne dut parvenir à la plupart d'entre eux que le 18 ou le 19. La date du xix, écrite au bas de la minute par le chancelier *Pierre Giron,* au lieu du xxix, est donc une erreur de plume. Les passages suivants du Manuel de Berne le prouveront avec évidence :

« Lundi 28 août. L'écrit et l'ordonnance, etc., ont été lus aux *doyens welches,* ainsi qu'aux doyens allemands. Ils ont demandé qu'on leur laissât [du temps] pour y penser et répondre. » — « *Mardi 29 août.* Les doyens du Pays romand ont accepté l'ordonnance relative au sacrement... Ils la montreront à leurs collègues, et, pour le cas où quelques-uns de ceux-ci ne promettraient pas de s'y conformer, ils [ont reçu l'ordre de] les envoyer ici. » — « Aucun prédicant *welche* ne doit être examiné ici, à l'avenir, sans qu'il ait « tesmoignaige de vie et doctrine » délivré par les doyens. » — « Aux doyens 6 écus à partager selon les circonstances de chacun d'eux. » — « Les prédicants *welches* ont demandé à prendre copie, chez Viret, [des Actes] de *la Dispute de Lausanne. Écrire à Viret.* » (Trad. de l'all.)

[2] Les Actes de *la Dispute de Berne* de 1528 n'avaient été publiés qu'en allemand.

pour selonn nostre advis se sçavoir régler et conduisre, — avons considéré que cella icy sans grosses costes [3] ne se peult faire. Et sur ce [avons] advisé, puis que en *la disputation de Lausanne* [4] mesme matière a estée débatue conformément à nostre Disputation, et que vous avés icelles actes rière vous en escript, est nostre vouloir et commandement que aux dicts doyens que les demanderons, donnés copie [5] de transcripre et prendre transumpt [6] de la d. matière, assavoir concernant le Sacrament. Datum XIX [l. XXIX [7]] augusti, Anno, etc., XLII.

(Suscription :) A honorable, très expert, nostre chier et bien-aymé Maistre Pierre Viret, ministre de la parolle Nostre Seigneur, à Lausanne.

1153

JEAN CALVIN à Guillaume Farel, à Metz.
De Genève, 30 août 1542.

Autogr. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 106. Calv. Opp. XI, 434.

S. Dominus ubicunque sis, te salvum ac incolumem diu ecclesiæ suæ conservet, frater mihi charissime. *Si Metim ingressus es,* quod speramus [1], ostium istuc evangelio suo aperiat, teque spiritu sapientiæ, prudentiæ, moderationis, zeli, fortitudinis

[3] Frais, dépenses.

[4] *La Dispute de Lausanne* (octobre 1536) avait eu lieu en français. Une copie manuscrite des Actes de cette Dispute existe encore à la Bibliothèque de Berne. Ruchat et *le Chroniqueur* de Louis Vulliemin en donnent le résumé. Voyez aussi l'opuscule intitulé : La Dispute de Lausanne de 1536, par Charles Subilia. Lausanne, G. Bridel, 1885, 147 pp. 8°.

[5] C'est-à-dire, permission, facilité.

[6] Copie intégrale.

[7] Voyez la note 1.

[1] *Farel* ayant quitté Neuchâtel avant le 10 août (N° 1149, n. 12), il semblait qu'il dût être arrivé à *Metz* vers le 19. Mais aucun témoignage historique n'y constate sa présence avant le dimanche 3 septembre (N° 1157, n. 2). Il employa, sans doute, quelques jours à concerter ses mesures avec les pasteurs strasbourgeois et avec les partisans de l'Évangile dans le pays messin.

impleat, ut omni ex parte ad opus tam difficile et arduum sis instructus! *Video* enim *quot ac quàm periculosæ certaminum species tibi immineant, quæ singulare Dei auxilium requirunt.* Verùm neque ipse rudis es aut imperitus, ut vel magnis periculis terrearis : neque virtus Christi, quæ mirabiliter semper tibi adfuit, est imminuta. Nos hîc anxii admodum expectamus, quem tibi successum dederit. Scis enim hodie maximè regnare illud stultorum judicium : ut ab eventu facta consiliaque omnia æstimentur. Interea *mirum quas querelas spargat hîc passim Jacobus Morgiensis*[2] *: te currere, cum ipse vocatus esset*[3] *: sibi gravem injuriam factam esse. Te invitis piis omnibus qui istic sunt, advolasse.* Nosti hominis ἀλαζονείαν : quam utinam in tempore cohibuisses. Nunc ita per etatem invaluit, ut sit morbus incurabilis. Nunquam tamen sic palàm insaniit ut nunc. Quanquam *fratres Metenses partim in culpa sunt, qui ad eum solum confugerunt,* quasi ad sacram anchoram[4] : cum alios haberent et notiores et paulò aptiores. Sed istæ nugæ nihil te impediant. Neque verò iis tibi molestus fuissem, nisi quia verebar, ne aliunde rumor ad te manaret. Itaque malui præoccupare. Ubi primùm certior aliquis nuncius allatus fuerit, copiosiùs de statu nostro tibi scribam. Vale, optime et integerrime frater. Saluta *amicos omnes*[5], quibus precor et consilium et animum dari a Domino, ut virtute spiritus ejus fulti nihil reformident. Iterum vale. Genevæ, peneult.[ima] Aug.[usti] 1542.

JOAN. CALVINUS tuus.

(Inscriptio :) Egregio Christi servo G. Farello, fratri mihi chariss., ubicunque erit[6].

[2-3] *Jacques le Coq,* pasteur à *Morges.* Nous croyons qu'on peut l'identifier avec le *Jacobus* qui prêchait, quelques mois auparavant, dans l'église évangélique de *Metz* (N° 1123, renv. de n. 1).

[4] L'appel que les Évangéliques messins avaient précédemment adressé à *Jacques le Coq* est donc une chose avérée.

[5] Le nom de *Calvin* devait être cher à *l'église de Metz,* pour laquelle il avait montré tant de sollicitude pendant son ministère à Strasbourg.

[6] Farel a écrit sur l'adresse : « 30 Aug. 1542. »

1154

JEAN CALVIN à Pierre Viret, à Lausanne.

(De Genève, premiers jours de septembre 1542 [1].)

Autogr. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 106. Calv. Opp. XI, 433.

S. *Adhuc expecto quid Bernæ actum sit, quid dictum sit decanis, quid responderint, quid obtinuerint* [2]. Ubi primùm certus aliquis nuncius ad nos venerit, sententiam meam pleniùs vobii exponam. Nunc formulam mitto ex qua poteritis excerpere quod placuerit, expungere quod displicuerit [3]. Quanquam Dominus fortassis aliquid melius dabit, ut neque corrigere neque sequi aliquid de meo necesse sit [4].

Pudet me ac miseret nostrî, Virete, *quòd in odium vel favorem hominum veritas Dei obruitur.* Hoc ideo dico, quia sic loquitur *Gurinus* [5] ac si *Erasmi* [6] *causa* optima foret, alii nihil nisi mendacium loquantur. Mihi videre videor, quantum isti rumores præjudicii contra sanam doctrinam afferant. Itaque ut conscientiæ meæ satisfaciam, statui non dissimulanter profiteri quid sentiam. Quid autem excusatione opus est? *Neminem in hac ecclesia* [7] *novi qui mysterium hoc* [8] *vel mediocriter intelligat.* Nunc malè me habet, cum in errore non modò foventur, sed etiam confirmantur, ut fiant prorsùs insanabiles. Hoc iterum

[1] Voyez la note 2.

[2] A Lausanne, on ne pouvait apprendre que le 30 ou le 31 août ce qui s'était passé à *Berne* le lundi 28, jour de la comparution des *doyens* (N° 1152, note 1).

[3] Cette *formule* ne s'est pas retrouvée.

[4] Il y a, au-dessous, une grande place blanche, où Calvin se proposait peut-être d'écrire la formule dont il annonçait l'envoi.

[5] *Pierre Gurin* (N° 1143, note 6).

[6] *Érasme Ritter,* l'adversaire de *Simon Sultzer,* de *Pierre Kuntz* et de *Béat Gering* (N° 1147, n. 2).

[7] L'église de Genève.

[8] La doctrine de la sainte Cène.

ideo dico, ut si quid mihi credis, nostris hac in parte non nimiùm indulgeas. Unum sentimus. Unum igitur loquamur.

(Inscriptio :) Fideli servo Jesu Christi Petro Vireto, Lausanen. ecclesiæ pastori. Lausanæ [9].

1155

C. S. CURIONE [1] à Jean Calvin, à Genève.

De Lausanne, 7 septembre 1542.

Autographe. Bibl. de Gotha. Calv. Opp. XI, 435.

Cœlius Secundus Curio Joanni Calvino S. P. D. per Christum Jesum.

Cum redditæ à te literæ essent *Vireto,* propterea quòd nullam in his de me mentionem faceres, gravioribus te occupatum rebus esse putavi, quàm ut mei posses meminisse. Quare cum ut tuæ nostrî memoriæ, tum pietati erga te meæ consulerem, nuncium idoneum nactus ad te hasce literas statim exaravi.

[9] La suscription est d'une autre main.

[1] *Celio Secundo Curione,* l'un des plus intéressants parmi les humanistes italiens qui embrassèrent la doctrine évangélique, naquit le 1er mai 1503 dans un bourg du Piémont. L'espace nous manque pour raconter les événements de sa vie antérieurs à l'année 1542. — Sa jeunesse, qui s'écoula à Turin, sa conversion opérée par la lecture des ouvrages de Mélanchthon, de Zwingli et de Luther, les persécutions dont il fut l'objet et sa présence d'esprit admirable au milieu des dangers, sont retracées avec de très amples détails dans les ouvrages suivants : Stupani Oratio de C. S. Curione : apud Schelhorn. Amœnitates litterar., t. XIV. — Teissier. Éloges des hommes savants, II, 338. — Nicéron, o. c., t. XXI. — Athenæ Rauricæ, p. 284-91. — Maccree. La Réf. en Italie. Genève, 1834, *passim.* — Jules Bonnet. Récits du seizième siècle, 2me éd. 1875, p. 241-312. — Merle d'Aubigné, o. c. IV, 578-95.

Après avoir enseigné les belles-lettres à l'université de *Pavie,* et séjourné à *Venise* et à *Ferrare,* il fut informé à *Lucques,* au mois de juin 1542, que le tribunal du St-Office venait d'ordonner aux magistrats lucquois de le saisir et de l'envoyer à Rome. A cette nouvelle, il n'hésita plus à se réfugier en Suisse (Voyez le N° 1146, renv. de n. 4-9).

Credo te ex Vireti literis intellexisse, quid de rebus nostris actum sit : nec quicquam scilicet nisi illud magnum quidem et præcipuum est (quod facilè credam) *nos cunctis ministrorum suffragiis esse comprobatos* [2].

Cæterùm cum *prætor* [3], ad quem me habere literas a *Bernatibus* non ignoras, nondum redierit, quid nobis agendum præterea sit, non facilè perspicimus. Adest autumnus, et quidem satis adultus, et mox, ut ait Horatius, bruma recurrit iners. *Mihi* verò *et Alpes et Apennini juga bis ante hiemem superanda forent : quod ni fecero, incommoda gravissima consequentur. Nam neque ecclesiæ Dei inservire neque familiæ curam habere ullam potero.* Atque interea *omnes* [4] fratribus oneri esse cogemur. Quod quàm invitus faciam, testis est cum mea ipsius conscientia et pudor ingenuus quidam meus, tum Deus quem spiritu meo atque animo colo. *His ego,* Calvine optime, *distringor angustiis, quibus aliud nullum video remedium, nisi ut Bernam cum fratrum literis* [5] *eam, et illic de rerum mearum summa cum Principibus agam. Quos si Dominus nobis propitios dederit, in Italiam evolabo, ut inde uxorem carissimam unà cum dulcissimis liberis adducam.* Sin nihil erit quo exilium nostrum solari possimus, Domini in manus spiritum commendabo meum, non aliter ac David fecit cum a Saulo interceptus et circumventus nullam evadendi viam inveniret. Tu interim, optime frater, orabis patrem ut nobis in tantis difficultatibus adesse velit, quò illius bonitatem apud omnes deprædicare possimus.

Si quid in *Italiam* scribere cupis, puta ad *Renatam Franciæ,* principem optimam, seu ad *Franciscum Richardotum* [6], hominem doctissimum tuique amantissimum, aut alium, fasciculum huc ad *Viretum* mittes. Hîc enim futuri sumus usque ad Idus Septembris ad summum. Sed tamen curabis ut vel ante Idus

[2] Il veut dire, sans doute, que les ministres de la Classe de Lausanne, après s'être enquis de sa doctrine et de son érudition, l'avaient accueilli comme un frère en la foi.

[3] Le bailli de Lausanne, *Antoine Tillier.*

[4] C'est-à-dire, moi ici, et ma famille à *Lucques.*

[5] Le *testimonium* ou lettre de recommandation des pasteurs et professeurs de Lausanne qui était adressée à MM. de Berne (Cf. N° 1152, n. 1).

[6] Sur *Renée,* duchesse de Ferrare, et sur son aumônier *François Richardot,* voyez le N° 1058 (VII, 307-320).

ipsas nobis reddantur[7]. Præterea *Turca noster*[8], ut scias, est *Basileæ,* ut ex literis ipsius hodie et hoc nuncio[9] accepi. Illuc enim a *Tigurinis fratribus* missus cum literis commendatitiis est, jam sunt multi dies, et tamen nondum ejus necessitatibus prospectum. Quapropter rogo ut ad *Bucerum* scribas, ut illi faveat, et portionem aliquam ejus pecuniæ quam eo nomine ex *Italia* anno superiore accepit[10], ad illum transmittat. Nam scio illum egere. Id si feceris, erit mihi mirum in modum gratum. Si ad ipsum *Georgium*[11] literas dare placeat, mittes ad *Oporinum*[12]. Is enim ubi *Georgius* diverterit novit. Vale per Jesum Christum, et ecclesiam domesticam meo nomine saluta. Lausannæ, 7 Idus Septembris 1542.

(Inscriptio :) D. Joanni Calvino, Genevensis ecclesiæ integerrimo pastori et fratri in Christo ornatissimo. Genevæ.

[7] Au lieu de rester à Lausanne jusqu'au 13 septembre, *Curione* partit pour *Berne* le 7. Nous l'inférons, du moins, de ces passages du Manuel bernois : « Samedi 9 septembre. Conseil des Bourgeois. *Cœlius Secundus* est admis comme recteur (*Regent*) de l'École de Lausanne. Sa pension est fixée : 400 florins, 2 chars de vin, 3 muids de blé. [On lui accorde] un logement, 20 écus pour les frais de voyage de sa famille, un *louffer* (courrier, messager d'État) jusqu'à *Zurich,* une lettre de recommandation adressée à *Coire.* [Écrire] au bailli de Lausanne qu'il prépare des bois de lit, des sièges, des tables, etc. Mes Seigneurs enverront là-bas la literie ; le bailli lui-même doit acheter le reste du mobilier. » (Trad. de l'all.)

[8] Nous supposons que *Turca* était le nom de guerre d'un personnage arrivé d'Italie avec *Curione* (N° 1146, renv. de n. 9).

[9] Le porteur de la présente lettre.

[10] Cet argent, destiné à secourir les réfugiés pour la religion, venait sans doute de la duchesse *Renée.*

[11] Personnage inconnu.

[12] *Jean Oporin,* imprimeur à Bâle.

1156

JEAN CALVIN à Pierre Viret, à Lausanne.
De Genève, 11 septembre 1542.

Autogr. Bibl. de Gotha. Copie contempor. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 111 a. Impr. en partie dans les Calv. Epp. et Resp. 1575, p. 39. Bretschneider. Calvini... Literæ, p. 7. Calv. Opp. XI, 436.

S. Tertio die, ex quo tibi scripseram, *venit ad me Jacobus*[1], *Decanus Gaiensis, ac quid Bernæ actum esset*[2] *breviter exposuit.* Mihi verò, ut simpliciter tibi quod sentio fatear, summopere omnia displicent. De senatusconsulto[3] dicam postea. Verùm *decanos quis coëgit responsum illud dare, quo præjudicium collegis suis omnibus afferrent*[4]*? Utinam vel abfuisset Zebedæus, vel aliud cor aliudque consilium ad hanc causam attulisset*[5]*!* Hoc ideo dico, quia *Jacobus* mihi narravit, ejus culpa factum esse, ut *decani* sic præcipitaverint. Video quid sit. Cui religio non est, periculi metu, per omnes sanctos dejerare[6], is deinde paucorum hominum gratiæ hoc vel illud concedere non dubitat : quia obnoxius, ut est, sibi videtur. Respondeant pro se *decani*[7] quidquid volent : mihi tamen suam hanc facilitatem nunquam probabunt.

Quantùm ad summam ipsam spectat, ut tibi penitùs assentiar,

[1] *Jacques Camerle,* doyen de la Classe de *Gex.* Il pouvait être arrivé de *Berne* le 2 ou le 3 septembre. — Bèze a remplacé *Jacobus* par *N.,* et supprimé les deux mots suivants. Les altérations que le texte original a subies dans l'imprimé étant nombreuses, nous n'en relèverons qu'une partie.

[2] *Bernæ* est omis par Bèze. Il s'agit toujours de la comparution des *doyens welches* à *Berne,* le 28 et le 29 août (N° 1152, n. 1).

[3] Dans le texte imprimé, *edicto.* C'est le mandement du 15 août (N° 1147) qui est visé ici.

[4] Tous les doyens des Classes romandes avaient souscrit *la formule de Pierre Kuntz.* Elle est reproduite tout au long dans le N° 1147, pp. 98-99.

[5] Voyez la note 6 du N° 1150. Au lieu de *Zebedæus,* Bèze a mis une *N.*

[6] Est-ce une allusion à l'« amende honorable » qu'*André Zébédée* aurait faite à Fribourg, selon Pierrefleur (N° 1127, n. 21)?

[7] Dans l'imprimé, *alii.*

conscientia mea non patitur. *Senatusconsultum*[8] *tolerabile esse censes*[9], *ac tutò à vobis posse recipi. Expendamus ergo id quod continet. Principio approbat Conzeni*[10] *formulam. At qualis illa est, obsecro? Tu Buceri obscuritatem vituperas, et meritò. At nihil est in Bucero adeò perplexum, obscurum, flexiloquum, atque, ut sic loquar, tortuosum.* Exceptio tamen additur, ut tam *hæc confessio*[11] quàm *catechismus*[12] locum habeant, si *secundùm disputationem Bernæ habitam*[13] explicentur. Quò remittimur? Hoc ergo à vobis quæritur, ut spondeatis vos nunquam discessuros à sententia vobis incognita. Deinde quid putas illic fuisse disputatum, nisi Christum non esse inclusum in pane[14]? Id autem *Senatus*[15] perinde accipit, ac si nihil aliud foret quàm *signum*. Quidquid sit, non ausim credere, mysterium Cœnæ illic fuisse bene ac ritè explicatum. At *confessio Basileensis* adjungitur. Equidem non nego quin istud multum sit : sed mihi non sufficit, præsertim ubi omnia iterum ad *Disputationem illam* et *formulam quæ in Cœnæ administratione recitari solet*[16], exiguntur. Atque, ut hoc unum mali sit, *persuaderi nequeo, Diacosios*[17], *qui sententiam hanc tulerunt, sanam de hac re sententiam tenere.*

[8] *Edictum nempe,* dans le texte publié par Bèze.

[9] Il s'agit ici d'une lettre de *Viret* qui est perdue.

[10] Ce nom, comme tous les autres noms propres, est masqué par une *N.* dans l'imprimé.

[11] La *Confession de foi de Bâle* (N° 1147, note 7).

[12] Le catéchisme de *Gaspard Megander* (N° 1147, n. 15-16, 17-18). Il fut réimprimé à *Genève,* sous ce titre : « Exposition chrestienne dés dix commandemens, dés articles de la Foy, de l'oraison de nostre Seigneur, reiglée et modérée selon la capacité et entendement des enfans, avec l'explication des sacrements, escrite en forme de dialogue latin, et de latin en françoys : nouuellement et fidelement revuë. (S. l.) 1540, » 40 feuillets petit in-8° : le verso du dernier porte la marque de l'imprimeur *Jehan Girard* (Voy. le Catalogue de la Bibl. de feu M. le professeur Jacques Adert. Paris, 1887, 2me Partie, p. 14).

[13] Bèze a supprimé ces quatre derniers mots et les a remplacés par *certo modo.*

[14] Ruchat, I, 417-439, résume les discussions relatives à la sainte Cène qui eurent lieu, du 14 au 19 janvier 1528, pendant la Dispnte de Berne. *Calvin* aurait-il fait faire pour lui-même une traduction de ces discours, qui occupent plus de 150 pages des Actes originaux ?

[15] Dans le texte de Bèze, *N.*

[16] N° 1147, renvoi de note 19.

[17] Le Conseil des Deux-Cents (ou des Bourgeois) de la ville de Berne.

Jam ejus erit interpretari, cujus fuit pronunciare. Ita perjurii alligatus judicabitur qui secùs docuerit quàm ipsi judices assequantur. Neque hac sola in parte erit periculum. Vetant enim ne de ullo novo ritu aut novis ceremoniis verba posthac fiant. Quis autem nescit, eos et *excommunicationem,* et *frequentiorem Cœnæ usum,* et multa alia hoc nomine comprehendere? quæ nos desideramus, ac restituta cupimus. Tacendum tamen erit.

Cum ita scientes ac volentes laqueum vobis induitis, cogitate non finem calamitatis hîc fore, sed initium. Dominus enim vestram mollitiem severiore aliquo flagello corriget, si negligitis occurrere, cum palàm jaciuntur fundamenta perniciosæ tyrannidis. At quid faceret magistratus [18]? inquis. Nondum dico quid magistratus peccaverit in ipso ordine agendi : tantùm demonstro, quàm non sit tutum vos astringere, nisi magna cautione adhibita. Quod ad rationem modumque agendi pertinet, *agnosco quod dicis, majorem partem culpæ in ministris hærere. Horreo tamen cum lego senatusconsultum : tanta illic et ferocia et superbia se ostendit.* Sententiam suam vocat definitivum ἄρεστον, cui contradicere non liceat. Promulgant, non ut libertas sit ministris respondendi, sed ut sequantur, teneant, observent quod Dominis placuit [19].

Agnosco etiam quod postea commemoras, Conzenum justas pœnas dare suæ vel ambitionis vel malignitatis : quòd in tam miseram servitutem cogitur, quia pati non potuerit fratres secum esse liberos. *Sed nos simul plectimur, imò in totam ecclesiam pœna hæc redundat. Nam hoc exemplo edito, posthac necesse erit doctrinam nostram non modò potestati, sed nutui paucorum hominum, et quidem indoctorum [20], subjectam esse : ut loquendum sit aut tacendum, simul atque digito signum dederint.* Neque tamen expedire censebam, ut *fratres* hac de re in certamen descenderent cum *Senatu* [21]. Sed videbantur mihi habere honestum prætextum declinandi, si cum excusatione civili et modesta confessionem suam offerrent. Atqui non postulatur ab illis confessio, inquis. Ego verò ideo dandam fuisse puto [22].

De scriptis Zuinglii sic sentire ut sentis tibi permitto. Neque

[18] Texte de Bèze : *Princeps.*

[19] Voyez la fin du N° 1147, p. 102.

[20] Texte de Bèze : *unius etiam hominis et quidem imperiti.*

[21] Ces deux derniers mots sont absents du texte imprimé.

enim omnia legi. Et fortassis sub finem vitæ retractavit ac correxit in meliùs quæ temere initio exciderant. Sed in scriptis prioribus memini quàm profana sit de sacramentis doctrina. Quod dixeram, « neminem nostrorum habere plenam mysterii hujus intelligentiam [23], » id *de plebe urbis hujus* dictum accipias velim. Atque id me tantùm voluisse, facilè ex literis perspicies, si relegas. Neque verò me hoc dixisse pœnitet. Nam ut tu, dum eorum temeritatem ac confidentiam deridere vis, soles dicere « omnes esse magistros, » sic seriò asserere audeo, neminem esse ex illis bonum discipulum in hac parte. Si mentior aut erro, *unum mihi nomina qui probè loqui de Cœna possit.* Sed jam nimis multa. Scio enim nos aut nihil, aut perparum dissentire. Sed voluisti, malum quod tu ipse agnoscis extenuando, solatii aliquid mihi dare, ne me præter modum affligeret.

Literæ Farelli et fratris [24] jam mihi allatæ erant ante dies quatuor. Putabam autem ad te pervenisse, quoniam eas retulerat *Petrus Cossoniensis* [25]. Nunc *audi Sebastiani* [26] *nostri delitias, quæ bilem tibi simul ac risum moveant. Nudiustertius ad me venit : petiit an non mihi placeret suam Novi Testamenti translationem edi.* Respondi, opus habere multis correctionibus. Causam rogavit. Ostendi ex paucis illis capitibus, quæ mihi in specimen jam pridem dederat. Excepit se fuisse in reliquis diligentiorem. Deinde iterum rogavit quid mihi placeret. Respondi me nolle impedire quo minùs imprimeretur : paratum tamen esse ad fidem solvendam quam dederam *Joanni Girardo* [27] : nempe ut inspicerem, ac corrigerem si quid corrigendum foret. Recusavit hanc conditionem : obtulit tamen se venturum ac mihi lecturum, si certam horam condicerem. Negavi me hoc facturum, si centum coronatos daret, ut me ad certas horas adstringerem, deinde ut litigarem interdum duas horas super

[22] Bèze a supprimé tout ce qui suit, et n'a conservé que la salutation : *Vale,* etc.

[23] Fin du N° 1154.

[24] On verra plus loin que *Guillaume Farel* était parti pour *Metz* avec son frère *Claude.* Leur lettre ici mentionnée est perdue.

[25] C'était probablement *Pierre Masuyer,* appelé ailleurs *Petrus Cossoniacensis,* pasteur à *Cossonay* (VII, 287, n. 1).

[26] *Sébastien Châteillon.*

[27] Imprimeur à Genève. Il a été mentionné fréquemment dans les t. V, VI, VII.

uno verbulo. Sic à me discessit, tristis, ut apparebat[28]. Et tamen, *ut scias quàm fidelis sit interpres, dum multa vult novare, plurima corrupit.* Proferam locum unum. Ubi habetur : *L'esperit de Dieu, qui habite en nous,* mutávit : *Hante en nous,* cum *hanter* non habitare, sed frequentare, *Gallis* significet. Unus ille tam puerilis lapsus posset libro infamiam inurere. Ego tamen tales ineptias tacitus devoro. Vale, mi frater. Dominus te semper conservet ac dirigat. Saluta omnes fratres : quibus tamen non communicabis omnia. Genevæ 3. eidus Septemb. 1542.

JOAN. CALVINUS tuus.

(Inscriptio :) Petro Vireto, Lausanensis ecclesiæ pastori fideliss., amico et fratri singulariter dilecto.

1157

MARTIN BUCER à Guillaume Farel [à Metz].

De Strasbourg, 13 septembre 1542.

Inédite. Autographe. Bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel.

S. D. in Domino, mi Farelle colende et charissime. Quid aliud quàm ut precemur Dominum, ut tibi consilium, aliis robur largiatur, faciamus hac tempestate? *Nostris*[1] *omnino videtur, pergendum vobis fuisse, aut omnino quiescendum, donec legati rediissent*[2]. *Idem nos existimamus.* Qui ecclesiam Hierosolymitanam, collatam adversariis suis, multo quàm sit nostra minorem,

[28] Le sentiment de sa supériorité intellectuelle fut trop souvent un piège pour *Calvin* : elle ne le prédisposait pas à la douceur et à la patience envers un homme qui lui faisait perdre son temps, et qui l'avait déjà fatigué par ses querelles de famille (N° 1149, renv. de n. 2-5). Le Réformateur disait, le 26 mars 1544 : « Scio hoc illi [scil. *Sebastiano*] esse persuasum : *me cupere eminere.* Jurene an injuria hoc de me sentiat, Domini esto judicium. Mihi certè ego non videor ullam occasionem dedisse. Sed mihi causam præbuit cur illum et ambitiosum et contentiosum judicare debeam. Sed doctrinam respicio et animum alioqui non malum. »

[1] *Nostri,* dans la présente lettre, désigne les magistrats de Strasbourg.

[2] Sur l'activité de *Farel* à *Metz,* on a trois documents de première

terribilem tamen adversariis suis fecit, is indubie et à vobis *vim civium iratorum* cohibuisset [3]. Sed Dominus novit quid sit melius. *Tu tacendi magnam causam habuisti, quando id etiam*

main : la présente lettre, celle de *Bucer* du 6 octobre et les *Chroniques messines,* où nous lisons, p. 861, le paragraphe suivant :

« Le troisiesme jour du mois de septembre 1542, ung docteur nommé *Guillaume Farel,* estant en la cité, fut persuadé d'aulcuns bourgeois... pour prescher le sainct Évangile de Dieu. Le dit docteur vint en la cimetière des Jaicoppins et monta en la chaire pour prescher, et y avoit beaucoup de gens qui assistoient à sa prédication. Voicy venir, cependant qu'il preschoit, deux moines des d. Jaicoppins, et luy dirent qu'il descendist de la chaire... Tantost s'esmeurent aulcuns des bourgeois et vinrent au devant des dits moines, disant qu'ilz... se retiraissent en leur cloistre, ou aultrement ilz ne feroient pas bien. Ce voyant, les d. moines se sont retirez, et eulx allant à l'église se prindrent à sonner les cloches de toutte leur puissance, pour empescher la parolle de Dieu. Ce pendant que le d. docteur persévéroit en sa prédication, vindrent trois sergens de part messeigneurs de Justice, disant qu'il cessast de prescher... Le d. prédicant respondit qu'il ne cesseroit point à annoncer la parolle de Dieu, plus tost à mettre sa vie. Les d. sergens s'en allèrent et le d. docteur acheva sa prédication, et fut le peuple fort bien édifié de son sermon, disant qu'il avoit bien presché et catholicquement. Ce voyant, *le lendemain, qui estoit le lundi,* les d. frères Jaicoppins firent abaittre la chaire qui estoit de pierre anticque... et ne sceurent trouver aultre vengeance. »

Bucer nous apprend (lettre du 6 octobre) que, « le lendemain » [du 3 septembre], trois mille personnes attendaient pour écouter la prédication de *Farel;* mais que les principaux Évangéliques et le maître-échevin obtinrent de lui qu'il s'abstiendrait de prêcher en public (*ut quiesceret*), jusqu'au moment où la prédication pourrait avoir lieu sans exciter des troubles; et que, le même jour, le Réformateur comparut devant le Conseil des XIII, auxquels il répondit avec fermeté. « Interim [continue *Bucer*] quievit *Farellus*... expectans legationem quam Evangelici... miserant ad nostros... »

Citons encore le § 411 des Extraits de Paul Ferry : « 1542, septembre. Lettre des principaux de la Religion au sénat de Strasbourg, où se void l'estat de ceste affaire à *Metz* en septembre 1542, et que ces principaux avoient prié M. *Farel* de ne prescher point *le lundy* 8 [l. 4] septembre, de peur de tumulte, et la promesse du maistre-eschevin au peuple assemblé, pour le renvoyer doucement. Et que le magistrat passionné vouloit appeler un prince voisin pour les opprimer... » (Communication de M. H. Burtin, bibliothécaire de Metz.)

La présente lettre de *Bucer* du 13 septembre correspond exactement à l'état de choses créé à Metz par les événements du 3 et du 4. Mais cette lettre ne se comprendrait plus, si l'on admettait l'assertion du P. Meurisse (o. c., p. 43), qui affirme que « *Farel* fit son entrée dans la ville de *Metz*

Consul jussit[4], *in quo solo aliquid potestatis publicæ vobis reliquum fuit.* Ad *Consulem* fortiùs agere oportuit[5]. Tu, an debeas, potestatis jussu contempto, pergere, an minùs, id scis totum pendere à directione spiritus sancti, quem oremus ut tibi et cæteris fratribus nostris adsit.

Scribunt nostri (defuerunt enim qui nunc legati mitti potuissent) *ad VII viros*[6], *ad Consulem et fratrem hujus Robertum. Ad hos duos, ut constanter agant in causa Domini, nec humano se metu deterreri ab eo patiantur, quin adsint piis, ut Verbo Domini frui possint et Sacramentis, in uno saltem templo*[7]. Al[l]egant exempla Principatuum magnorum et Civitatum[8],

le 3 de septembre » et qu'il prêcha en public « le Dimanche suivant » [10 septembre]. On aboutirait alors à la conclusion absurde que voici : Deux ou trois jours après les événements précités, et sans attendre des rapports complets sur ce qui se passait à trente-trois lieues de leur ville, les magistrats et les pasteurs de *Strasbourg* se seraient hâtés d'écrire à *Metz* et de prodiguer, un peu à la légère, des exhortations aux deux partis.

[3] C'était aussi la conviction de *Farel.* On lit, dans la préface de son traité intitulé : « Forme d'oraison pour demander à Dieu la saincte prédication de l'Évangile... Genève, J. Girard, 1545, » traité qu'il composa pour les Messins : « Il est vray (comme j'ay dit à ceux qui pensoyent parler bien sagement, et avoir un conseil tant sage pour conduire Dieu et les hommes...) *qu'il estoit nécessaire, en l'œuvre de Dieu, regarder Dieu seulement et ce qu'il commande,* et ne falloit aucunement regarder l'effort de Satan... Et davantage ay dit que, s'il y avoit personne qui deust craindre, je le devoye faire, pourtant *que tout le danger estoit sur moy.* » (Crespin, o. c., 1582, fol. 153a.)

[4-5] Le *consul* (maître-échevin) de l'année 1542, *Gaspard de Heu,* seigneur de Buy, homme de haute et ancienne noblesse, était partisan de l'Évangile. *Farel* écrivait, le 11 janvier 1545, aux Évangéliques de Metz : « En toute humilité vous avez donné de telles supplications, que vos Seigneurs disoyent qu'elles estoyent bonnes et saintes et dignes d'estre receues : adjoustans cela, mais que le cœur fust selon les requestes... Et combien de fois en avez-vous instamment, et au nom de Jésus, requis *le maistre-Esehevin* : que comme chef de la ville, il vous octroyast la Parolle ! Et luy qui... avoit grand desir que l'Évangile fust presché, quelles remonstrances a-t-il faites aux autres Seigneurs ! » (Traité précité.) — Néanmoins, *Gaspard de Heu* se conduisit comme l'un des « prudents de ce siècle. » C'est pourquoi *Bucer* dit ici qu'il aurait fallu lui parler plus énergiquement.

[6] « Les VII de la guerre, » comme on les appelait, faisaient partie du Conseil des XIII Jurés de Metz.

[7] Les Évangéliques messins n'obtinrent cette faveur que le 21 mai 1543.

[8] Les Villes impériales, qui se gouvernaient elles-mêmes.

et ubi admisso Verbo tranquillitas retenta est, et ubi repulso res motæ sunt. Admonent periculi ab intestino dissidio et ab externis adversariis, unde respublica etiam de libertate tam diuturna et singulari periclitari queat [9]. Hortantur ut a Domino pendeant.

Septemviris scribunt, se audisse aliquid perturbationis istic esse, propterea quòd quidam civium Evangelium et Sacramenta Christi petant puriùs sibi administrari : id ipsis forsan ideo difficile videri admissu, quòd periculosam inde metuant novationem. Se autem non dubitare quin futurum sit, ut periculosæ res moveantur [10], si pergant evangelion Christi suis prohibere, et tranquillentur, si illud admittant. Offendi enim Dominum et bonorum animos irritari Evangelii prohibitione, placari permissione. Allegant exempla utriusque eventus. Causam scribendi inde sumunt, quòd sit vetus amicitia inter has respublicas, et utraque alterius commoda promovere et incommoda arcere cupiat. Omnia quæ possunt amicè scribunt. Graviter tamen admonent et hortantur. Oremus Christum, ut ipse causæ suæ adsit.

Tu bono animo esto, nec dubium enim quin cupias te immolare pro populo Dei, et tantùm laborare de certa cognitione jussus divini. Christus Dominus, qui hoc studium dedit, dabit etiam rogatus, ut aliquod operæ præcium facias. Non pudefaciet te pro suo regno zelantem. Precibus nostris debetur, quòd non egit adhuc in tuo ministerio magnificentiùs. Sed prævalebit misericordia ejus, ut fructum adferas, et fructus is maneat. Hic te et sanctos omnes istic corroboret, regat et gloria sua ornet! Argent. 13 Septemb. 1542. Salutem et successum pii conatus tui precantur tibi omnes symmystæ nostri.

M. Bucerus tuus.

(Inscriptio :) Fideli et forti servo Christi Gu[lielmo] Farello, suo [in Domino] unicè colendo et fratri charissimo [11].

[9] Allusion aux visées du roi de France sur la ville de Metz.

[10] Ce mot a remplacé *contingant.*

[11] Farel a écrit sur l'adresse : « D. Bucerus. »

1158

SIMON SULTZER à Jean Calvin, à Genève.

De Berne. 16 septembre 1542.

Autogr. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 112. Calv. Opp. XI. 440.

Salve, mi Calvine frater. *Literas hodie accepimus à confratribus nostris Classis Neocomensis scriptas ad se a Farello nostro* [1], non [sine] singulari animi voluptate, quippe *quibus prosperum iter illi Metas contigisse cognovimus,* nimirum optimis auspiciis, quæ [D.] et ad sui nominis profectum potenti manu diriget. Nihilo verò minùs oblectavit συμφραδμόνων sanctorum cordatorumque sancta συμβουλία, quorum opera atque precibus certum est plurimùm adjutum iri *hunc fortem nostrum infractumque Christi militem,* in tam arduo præsertim opere. Sic enim necessarium est ut communi circumspectione, ceu oculis undiquaque (*sic*) intentis, res tantæ peragantur, et cum primis cœleste advocetur præsidium. Certum enim est veteratorem Sathanam omnibus machinis adnisurum, ut vel surgens impediat ædificium vel jam extructum dejiciat, maximè cum tanta suppetat instrumentorum atque satellitum copia. Verùm sic ut cœpit agenti neque ope neque sapientia sua deerit cœlestis Architectus, perficietque quod misericorditer cœpit. Sic etenim et de Catholica ecclesiarum structura atque restitutione persuademus nobis, quamlibet iniqua rerum facie, fore scilicet ut convulsas sanet et redintegret. Neque enim est abbreviata manus Domini, neque in totum abjecit viscera misericordiæ suæ. Quare non abs re ingentem ex hoc nuncio voluptatem traximus, quæ nos in perturbatione et publica et privata jucundissimè recreat et reficit, ceu in magna tempestate effulgens ex parte serenitas. Dabimusque operam ut pientissimos conatus cum ecclesia nostra juvemus oratione sedula.

[1] Il importerait de retrouver cette lettre adressée à la Classe de Neuchâtel. Elle fut écrite (comme on le voit) bientôt après l'arrivée de *Farel* à *Metz* (Cf. N° 1156, renv. de n. 24).

Accedit verò huic nuncio aliud quidpiam non prorsùs inauspicatum : nempe *nararchum Turcæ vi tempestatis cum magna hominum naviumque multitudine oppressum,* cum πρὸς συμμαχίαν *Galli* contenderet [2]. Itaque falsum ea spe *regem* non mediocriter perturbari. Sed et *Venetos Turcæ* negavisse transitum per suam ditionem, quod plerique mirantur. Famam autem hanc probat transmissum ex *Genua* in *Hispanias* italicum subsidium a *Marchione Guaiasco* [3], quod facilè prohibituri *Turcæ* fuerant, nisi fato aliquo profligati tutum præbere transitum liberumque cogerentur. Interea fertur de *Gallo* queri *Turcicam legationem,* quod minùs sanctè initis stet pactis, et nisi præstet pollicita, nescio quæ, prædicere bellum ex *Pannoniis* adversùs ipsum translatum iri. Sic fortè constituit Dominus impiorum syncretismum [4] dissipare tandem.

Accipimus varia, imò horrenda, *de copiarum regiarum in Germania inferiore successibus et populationibus per Flandriam exercitis* [5]. Manus est *germanorum militum* a *Geldrio* [6] coacta, quæ et *Lovanium* improvisa cæpit irruptione, studiososque circiter quingentos, solos ausos captis armis resistere interemit, per cætera verò et hanc et reliquas urbes reliquit, nulli [7] constituto præsidio, versùs *Pyrenæos montes* properans [8], reliquo illic jungenda exercitui, qui versùs *Hispaniam* tendit, ubi *Imperator* belli molem excipere constituit [9]. In *Pannoniis* nihil, ut audio, perficitur. Dominum laudamus quòd nulla dum clades sit accepta [10]. *Protestantes* fecerunt quod in se erat, et faciunt

[2 et 4] L'amiral turc envoyé par Soliman était le fameux *Barberousse.* Il ne fit sa jonction avec la flotte de *François I* qu'en 1543 (Voy. de Hammer. Hist. de l'empire ottoman, V, 350, 351). L'alliance entre ces deux monarques datait de 1534 (III, 250, n. 3 ; 251, n. 5), et elle persistait, au grand scandale d'une partie de la Chrétienté.

[3] Le marquis *Alphonse du Guast,* gouverneur du Milanais pour l'Empereur (VII, 201, 204).

[5] N° 1137, note 8.

[6] *Guillaume,* duc de Clèves et de Gueldre.

[7] Dans l'édition de Brunswick : *nullo.*

[8-9] *François I* faisait investir *Perpignan* par une armée de quarante mille hommes : mais la défense fut très vigoureuse. *André Doria* y avait envoyé par mer tout ce que l'Empereur avait sauvé d'artillerie de son expédition d'Alger, et *le duc d'Albe* commandait dans la ville (H. Martin, VIII, 281, 282).

etiamnum, sed nihil proficiunt soli et reliquorum auxilio aut commeatu potiùs atque belli nervo, pecunia, destituti [11]. Quare aut induciæ suscipientur, vereor malè faustæ, aut de nova expeditione ærisque exactione providendum, quam et moliri feruntur.

Nos quidem *quietem nunc agimus hîc, sed vereor malè pax ut firma duraturaque stare hac in ecclesia possit, eo durante homine qui assertionem sacri ministerii cum suis partibus probare non videtur* [12] : quam tamen nos obmittere neque possumus neque debemus : constanter, quantùm in nobis est, advigilaturi uti ministerii agnoscatur autoritas, *symbolorum usus* sacer augustusque habeatur, et catholica ecclesiarum provehatur ac confirmetur consensio : qua in re Christus faxit Dominus, ne quid vel per ignaviam vel incogitantiam committamus nostræ *(sic)* indignum functioni publicæque ædificationi obfuturum. *Pestis in agro nostro germanico recrudescit*, quæ et absumpsit nobis aliquot eximia organa, ut in copiosa messe operariorum deploremus penuriam. Sed et hæc Domini manus est ad pœnitentiam vocantis. Dominus Jesus te servet, et nos ama, amantissime Calvine. Literis tuis obsecro sæpe me interpella, excita, mone. Saluta fratres et cooperarios in Domino. Salvum te cupiunt D. D. *Contzen., Beat., Gryn., Telamonius* [13], jam ducta uxore et locuplete et honesta sponsus. Bene vale. Scripsi Bernæ, 16 Septemb. Anno 1542.

T. Sultzerus.

(Inscriptio :) Eximio Christi servo Domino Joanni Calvino, viro doctissimo, amico et patrono suo.

[10] Cette phrase se termine dans l'original par les mots suivants, que *Sultzer* a biffés : « sub duce tam et improvido et infelici *Ferdinando.* »

[11] Ranke, o. c. IV, 239-243, donne maints détails sur l'imprévoyance et le désordre qui paralysèrent l'armée impériale chargée de résister aux Turcs en Hongrie.

[12] Allusion au pasteur *Érasme Ritter.*

[13] *Beatus Gering, Thomas Grynæus* et le jeune professeur *Bernard Tillmann* (VII, 286, n. 13-14).

1159

JEAN CALVIN à Pierre Viret, à Lausanne.

De Genève (entre le 12 et le 19 septembre 1542.)

Autogr. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 106. Calv. Opp. XI, 442.

Petis ut tuæ prolixitati ignoscam [1]. Ego igitur ne similem veniam petere abs te cogar, non modò brevis ero, sed abscissus etiam. *De Zebedæo* non est facile consilium, quia parùm proderit consultari quod exequi simul nequeas. *Duplicavit culpam stultæ suæ profectionis et profani jurisjurandi, non correxit* [2]. Utinam istis documentis monitus aliquando discat non ita sibi indulgere. Si tibi commodum esset huc usque commeare, sermone fortè plus quàm literis efficeremus. Hoc partim dico quia *Claudius Francus* [3] ad suas nuptias vult te accersere, quas altero ab hinc Dominico die celebrabit. Sed altiùs specto : ut scilicet paululùm te nobiscum reficias ex illis molestiis, quæ te excruciant [4], et simul inter nos conferamus. *De successore* [5] *etiam hæsito. Nemo*

[1] Allusion à une lettre perdue.

[2] *André Zébédée* avait, sans doute, entrepris de justifier, devant les pasteurs de la Classe d'Yverdon, son adhésion à la formule de *Pierre Kuntz* (N° 1150, n. 6).

[3] Sur *Claude Franc*, voyez la note 7 du N° 1143.

[4] Dans sa lutte incessante contre les vices et les désordres, *Viret* n'était soutenu ni par les magistrats lausannois, ni par son collègue *Béat Comte*, qui se montrait peu soucieux de conserver l'estime publique.

[5] Le successeur de qui ? — de *Zébédée*, ex-pasteur de la ville d'*Orbe ?* — Fribourg l'avait suspendu de ses fonctions, le 5 juin (N° 1127, n. 22), mais Berne lui avait aussitôt substitué *Thomas Malingre*, que *Zébédée* dut remplacer à *Yverdon*. Il faut donc chercher ailleurs le poste qui allait devenir vacant.

Nous avons lieu de croire que *Viret*, dans la lettre à laquelle *Calvin* répond, déplorait la conduite légère de son collègue *Béat Comte*, qui venait de provoquer, *à Lausanne*, des commentaires défavorables. Le Consistoire lausannois s'était occupé de lui, et la Classe de Lausanne devait prochainement examiner s'il était encore digne d'exercer le ministère de la parole de Dieu (Voyez la lettre de Calvin écrite vers le 8 décembre, et celle du 19 janvier 1543).

enim idoneus erit, nisi bene exercitatus. Talem non habemus hîc ad manum. Si *Celius* illuc potiùs adjiceret animum [6] quàm ad scholarum præfecturam [7], non displiceret. *Turterum* verò suffici nescio an expediat [8]. *Una illa me cura angit ac torquet, ne si diutiùs differamus, inquietus ille spiritus* [9] *tanquam in vacuam possessionem irrumpat.* Quid si ad Natalem *istuc* aut *Ribittus* [10] aut alius quispiam concederet : et interea dispiceremus de certiore ratione ? Hoc dico quia nihil melius occurrit. Atque, ut fatear, cum de te et vobis omnibus cogito, ferè exanimor. Obsecro tamen, quoad possum, ut sine literis aut aliqua status tui significatione neminem huc venire sinas. De *Imberto* [11] ita ut scripsi [12] mihi narratum fuerat [13] : imò etiam *urbe* aufugisse [14] et se aut in *Germaniam* aut aliò procul contulisse : sed non memini authoris. *Tametsi illum salvum cupio, moriamur tamen, et ipse et nos omnes, quàm ut tale crudelitatis exemplum* [15] *et nostro seculo demus et ad posteros relinquamus.* Vale, frater integerrime et mihi in Domino charissime. Saluta omnes amanter, *Celium, Imbertum, Ribittum* et familiam tuam. Iterum vale.

JOANNES CALVINUS tuus.

Scripsi turbato animo, et tumultuariè ac festinanter.

(Inscriptio :) Petro Vireto pastori Lausanensis ecclesiæ fideliss., fratri et amico chariss.

[6] *Celio Curione* parlait donc le français, puisqu'il est ici proposé comme candidat pour une charge de prédicateur à *Lausanne*.

[7] MM. de Berne voulaient confier à *Curione* les fonctions de principal (*ludimagister*) du Collège de Lausanne (*schola inferior*, par opposition à la Haute-École, qu'on ne tarda pas à décorer du nom d'*académie*), et il devait s'occuper spécialement des XII écoliers-pensionnaires de LL. EE. (Cf. les Nos 1155, n. 7, 1160, n. 7).

[8] *Hugues Turtaz*, pasteur à Meyriez, près de Morat, était natif de la ville d'Orbe et parent de la femme de *Viret*.

[9] Dans cet « esprit brouillon » on reconnait *Zébédée*.

[10] Ce personnage était peut-être *Hippolyte Rebit* ou *Ribit*, qui figure, avec ses frères, dans le Registre du Consistoire de Genève, au 31 août 1543 (Calv. Opp. XXI, 319).

[11] Probablement *Imbert Paccolet*, professeur d'hébreu à Lausanne. Voyez les Indices des tomes IV-VII.

[12] Encore une lettre perdue.

[13] La phrase suivante jusqu'à *contulisse* est écrite à la marge.

1160

PIERRE VIRET à Jean Calvin, à Genève.

De Lausanne, 19 septembre 1542.

Autogr. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 111ᵃ. Calv. Opp. XI, 443.

S. *De decanorum responso et formula Conzeni, tecum sentio planè,* de qua re fortasse aliàs familiariùs colloquemur. *Voluissem decanos secutos nostrum consilium. Zebedæum* non potui convenire priusquam classem[1] convocaret, necdum mihi visus est postquam *Berna* rediit[2], quamvis literis à me seriò et instantissimè vocatus. Aliàs, ecclesiæ cum alligatior esset[3], ob levissimas quasque causas cursitabat : nunc penè solutus[4], vix evocari ad res admodum necessarias potest. Noluit scholasticam conditionem admittere, sed quas ob causas, nondum habeo satis compertum : quod tamen non puto sine numine factum. Nam ex quo hinc abiit *Cœlius*[5], cum literis nostris commendatitiis, quibus hominem commendabamus ut dignus videbatur, accepit *præfectus* literas à Senatu, quibus monetur admissum esse *Cœlium* ad hanc conditionem[6], ut ei domum adornet[7] et collegium

[14-15] Ce passage reste obscur. On ne sait pas si *Imbert* s'était enfui de *Lausanne* pour éviter la peste, qui commençait à y faire des victimes. La « cruauté » dont on l'accusait aurait-elle consisté à abandonner sans ressources sa femme et ses enfants? Quoi qu'il en soit, *Calvin* continua à le faire saluer dans les lettres qu'il adressait à ses amis de Lausanne.

[1] Sous-entendu *Iverdunensem.*

[2] *André Zébédée* pouvait être de retour de Berne depuis le 31 août ou le 1ᵉʳ septembre.

[3] C'est-à-dire, avant le 5 juin 1542 (N° précédent, n. 5).

[4] Parce qu'il n'était plus le pasteur des Évangéliques d'Orbe.

[5] *Celio Curione* écrivait à Calvin, le 7 septembre, qu'il repartirait le 13 pour l'Italie. Mais il s'était déjà mis en route, le 7, pour Berne, Zurich et le canton des Grisons.

[6] Voyez la note 7 du N° 1159.

[7] Maison que *Celio Curione* devait habiter avec les XII écoliers-pensionnaires de MM. de Berne (t. VI, p. 340-343). Voyez aussi l'opuscule de M. le professeur Henri Vuilleumier intitulé : « Les douze escholiers de

instruat ea qua opus est suppellectile. Additur præterea ei a Senatu decretum salarium 400. flo.[renorum], modiorum tritici 3. vini curruum 2. aut 3. Puto et pecunias ad impensas esse additas, ut commodiùs huc *familiam* transferret. Priusquam mihi tuæ literæ[8] redderentur, jam à nobis discesserat, quo factum est ut tuas ei reddere non licuerit, quas resignavi et asservavi. Quod autem vereris ne se committat periculis et præjudiciis, id ultro facturus est quod consulis. Non enim decrevit *Ferrariam* præterire[9]. Sed de his jam satis.

Redeo ad tuas literas et senatusconsultum[10]. Ut ingenuè fatear apud te quod sentio, est quod desiderem in hoc negocio, nec dissimulavi. *In ea eram sententia ut clariùs eloqueremur quod sentimus, occurreremus periculis et præjudiciis quæ tu colligis : sed aliis*[11] *visum est, ipsis literis*[12] *hæc omnia satis caveri et nostris occurri querelis. Non putabam esse in certamen descendendum, sed minùs tamen connivendum.* Sed si *nostri* hac in parte fuere faciliores, ne putes ab *aliis*[13] hanc pensari facilitatem majore cura. *Video et audio aliis meliùs esse satisfactum, nec constituisse aliud quidpiam esse respondendum.* Ad præfixam diem *Albonam*[14] me contuli, sed aliarum duarum classium[15] nemo adfuit. Causatur adversam tempestatem *Pariatus*[16]. Quid

Messieurs. Lausanne, 1886, » in-12. — Ernest Chavannes. Extraits des Manuaux du Conseil de Lausanne, II, 130.

[8] La lettre de Calvin du 11 septembre à laquelle répond Viret.

[9] C'est à *Ferrare* que sa famille devait le rejoindre, après avoir quitté *Lucques* sans espoir de retour.

[10] Les nouveaux éditeurs de Calvin disent, p. 444, note 4, à propos de ce décret : « die 22 Augusti factum, non 15, ut Simlerus habet. » Nous avons vu, au contraire (N°s 1147-1148), que la date donnée par Simler est exacte.

[11] C'est-à-dire : ses collègues de la Classe de Lausanne.

[12] Le mandement du 15 août, adressé aux six Classes du Pays romand (N° 1147).

[13] Viret désigne ici *les autres Classes,* dont la décision fut, qu'il n'y avait rien à répondre au mandement de LL. EE.

[14] Dans la ville d'*Aubonne,* située à 4 lieues O. de Lausanne, devaient se réunir les deux Classes indiquées plus bas, et celle de *Morges.*

[15] Les Classes de *Thonon* et de *Gex,* comme on le voit par les deux phrases suivantes.

[16] Selon *Gérard Pariat,* doyen de la Classe de Thonon, le mauvais temps avait empêché ses collègues de traverser le lac.

Gaienses[17] impediverit, me latet. Dabo operam ut *nostris ad Senatum literis* respondeatur quàm fieri poterit mitissimè, sed ita ut non penitùs malè consulatur nostræ libertati[18].

Colligis multa incommoda, quæ tametsi satis apertè inde consequi videantur, non arbitror tamen eò spectare autores[19]. *Toti eò rapiuntur ut papismum et lutheranismum excludant : quam causam ita agunt, ut præcludere viam ad omnem disciplinam ecclesiasticam videantur,* quamvis certò sciam plurimos esse ex eorum numero, qui non postremas partes in hac controversia tenuerunt, qui secùs sentiant. Nam quum de aliis quibusdam ritibus, ac præsertim excommunicatione, nihil actum sit in Disputatione[20], ne putes eos tam latè voluisse suum edictum extendere, neque minùs penes nos ejus interpretationem quàm ipsos autores futuram arbitror. *Quòd si tyrannidem exercere velint, poterunt etiam sine ullo suo edicto :* sed video aliter affectos, *quamvis nos non oporteat nimis esse securos et posteritatis negligentes.* Porrò, quod scribis « nos ignota approbare, » verum sanè esset si *Bern*[*ensis*] tantùm *disputatio* proponeretur, sed huic *Lausannensem* annectunt, in qua quid actum sit, tu testis es[21]. Tametsi non omnia ad unguem expressa sint, nihil tamen obstiterit quo minùs clarior et fusior doctrina tradi possit, modò ea adhibeatur cautio, ne quid durius excidat. Qui infensiores hostes visi sunt in hac causa et acriores receptæ opinionis propugnatores, non offenduntur tua quam profiteris in *Institutionibus* sententia[22], nec aliis fortè, si te tuorum verborum audirent interpretem. Multa in nobis sita sunt, si modò prudentes simus dispensatores. Faciam ut exemplaria videas nostrarum literarum[23].

[17] *Gaienses*, ceux du Pays de *Gex*, près de Genève. Viret avait d'abord écrit *Iacob.*, qu'il a effacé : c'était le prénom de *Camerle*, doyen de la Classe de Gex.

[18] La Classe de Lausanne chargea, en effet, l'un de ses membres de composer une réponse au mandement de MM. de Berne (Voyez la note 23).

[19] Le jugement que *Viret* porte ici sur les dispositions du gouvernement bernois, pouvait, en 1542, paraître équitable. Mais la crise ecclésiastique de 1558 donna raison à la clairvoyance de *Calvin*.

[20] La Dispute de Berne de 1528.

[21] Voyez, sur la présence de *Calvin* à la Dispute de Lausanne (octobre 1536), le t. IV, p. 88, note 11.

[22] Dans la seconde édition de *l'Institution chrétienne* (Argentorati, 1539), *Calvin* traite de *l'excommunication* dans le chap. IV, p. 145, 146.

Cæterùm, de *Sebastiano* [24] nescio quid scribam, nisi quod à me audivisti. Doleo tibi tantum esse molestiarum. *Negelius* [25] *Bernam redieus multis apud me commendavit humanitatem et civilitatem Generatium* : qui videtur mihi et in te et civitatem non malè affectus. Ego, quoad ejus fieri potuit, conatus sum hanc ei opinionem augere et confirmare. Hic tabellarius tibi notus referet quæ de *Farello* audivit *Neocomi*. Saluta omnes meo nomine. Nostri te salutant. Vale. Lausannæ, 19 Sept. 1542.

Tuus P. VIRETUS.

(Inscriptio :) Pietate et eruditione ornatiss. Joanni Calvino, Verbi ministro fideliss. Genevæ.

1461

JEAN CALVIN à Pierre Viret, à Lausanne.

De Genève, 25 septembre 1542.

Copie contempor. Bibl. Publ. de Genève, Vol. n° 196.
Calv. Opp. XI, 445.

Hic frater, sicut nosti, commendatitias mihi attulit a *Matthæo* [1] quas tibi remitto, ut videas quidnam à me petat. Id enim meliùs fore censui quàm verbis meis id referre. Nunc si qua erit ratio ipsum adjuvandi, rogatum te velim ut operam ei tuam impendas. Quamdiu enim hic apud nos fuit, semper

[23] Au jugement de *Calvin* (N° 1163, renv. de n. 4), cette réponse était « courageuse et assez énergique. »

[24] *Sébastien Châteillon.*

[25] Selon les nouveaux éditeurs de Calvin, p. 445, note 11, c'était « *Sébastien Nægueli*, bailli de Lausanne. » Il l'avait été jusqu'en 1541 ; mais en 1542, cette charge était remplie par *Antoine Tillier*.

[1] Nous sommes disposé à croire que ce *Matthæus* était « l'ami commun » de Calvin et de Sultzer (Voy. la lettre de celui-ci datée du 31 janvier 1543), et qu'à l'aide de futurs indices il pourrait être identifié avec *Matthieu Blanch*, élu régent de l'école de *Nyon*, le 19 octobre 1536 (IV, 92).

optima signa dare mihi visus est recti ac simplicis animi : quod summum est ac præcipuum. Deinde, quantùm potui observare, si ad munus aliquod adhibitus fuerit, sedulò ac diligenter in eo versabitur. Postremò, utcunque non sit doctissimus, tamen puræ doctrinæ studiosus apparet. Hoc præterea me movet, quòd non parùm referet, cum qui locum obtinebit ad quem adspirat, tibi esse obstrictum, et esse non malum. *Matthæus* autem, ut vides, vehementer laborat, nec cessabit pro sua parte, donec aliquid efficiat. Nunc si suffragationem tuam addas, uterque tibi fiet conjunctior. Facies igitur quod fidei officiique tui esse statues. Vale. Hodie literas per *Nicolaum*[2] scribam. 1542. 25 Septembris.

Jo. Calvinus tuus.

(Inscriptio :) Petro Vireto, Lausannensis ecclesiæ pastori, fratri mihi charissimo.

1162

SIMON SULTZER à Jean Calvin, à Genève.

De Berne, 4 octobre 1542.

Copie moderne[1]. Bibl. nationale. Coll. du Puy, t. 102.
Calv. Opp. XI, 452.

Salve, mi amantissime et observande frater. *Non injuria miraris in tam gravi ecclesiæ nostræ tempestate,* qua nuper tantùm non semel est obruta, *tam pertinax nostrum silentium,* quippe qui nec instans periculum nec invalescens certamen, nec denique totius hujus tragœdiæ historiam perscripserimus amico, qui nimirum et consiliis et consolatione adesse nobis in tanta necessitate poterat. *Verùm mirari desines, in ipsa saltem actione nihil* [*te*] *literarum accepisse, si intelligas quot res simul nos*

[2] Probablement *Nicolas Le Fert* (VII, 16), beau-père d'*Antoine Calvin.*

[1] Écrite au siècle passé et très imparfaite. Nous en avons corrigé quelques fautes, sans les signaler.

omnes occuparint, quippe qui velut in altissima pace agentes nihil malorum non solùm expectabatur *(sic)*, verùm ne per somnium quidem præcogitabatur, dum incendium *ille noster* [2], unius horæ spatio sic excitavit, effusa semel quam alnerat sub pectore virulentia, ut jam, quod alibi Hiero scribit, lamberet ignis tecta lateque pervagans vastaret omnia. *Sic etenim properabatur illico in eo negotio, ut ne nobis quidem inter nos concederetur justa deliberandi facultas, nedum,* quod et par erat et nos unicè flagitabamus, *ut conferre cum aliis passim fratribus in re tanta licceret. Satisque adparebat jam ad certum temporis articulum antagonistæ fuisse meditata præparataque omnia. Triduo enim et cæpta est et absoluta causa* [3]. Nos igitur, quod unum licebat, precibus ad Dominum confugimus, cujus manum in ipsa conflictus ἀκμῇ sanè ancipiti et periculosa potenter sensimus : *ceciderateque tum pro voto quam publicè acceperam* [l. *acceperamus?*] *a Consule sententia, doctrinæ libertatem relinquens pacemque commendans* [4]. Itaque tum contenti abundè et cum gaudio discessimus.

Verùm hoc idem mox aconito temperavit nescio quorum rafricies, ut tabulæ negotii testificatrices [5] *non solùm diversa, rerum* [l. *verùm*] *et pugnantia responso dato complecterentur, quibus et confessionis Basiliensis usus et Catechismi a Bucero repurgati penitùs negabatur* [6]. *Quod cum nos* [*non*] *recepturos animadverterent, convocato minore, mox etiam majore Senatu, transigenda curaverunt* [7] *principes civitatis eadem qua priùs festinatione,* ut

[2 et 11] Le pasteur *Érasme Ritter*.

[3] Le différend datait de loin, mais la crise qui le termina, en apparence, n'avait duré que trois ou quatre jours (N° 1147, n. 2, 3, 10, 13). Selon Hundeshagen, op. cit. p. 165, cette crise fut provoquée par *Pierre Kuntz*, qu'on accusait, à Zurich, d'avoir répandu secrètement des écrits contre la doctrine zwinglienne de la sainte Cène (Voy. Füslin, o. c., p. 216). *Ritter* attaqua *Pierre Kuntz* à propos d'un sermon sur la charité, dans lequel celui-ci avait soutenu qu'elle interdisait à une église particulière de se séparer des autres. *Kuntz* faisait sans doute allusion aux attaques de *Ritter*, quand il disait, le lundi 31 juillet, devant le Petit Conseil : « On a entendu comme j'ai été blessé, hier, par des railleries empoisonnées. » (Trad. de l'all. Manuel du d. jour).

[4] Voyez le N° 1147, note 10.

[5-6] C'était une copie de l'ordonnance du 3 août, qui, sur quelques points, disait le contraire de celle du 2 (N° 1147, n. 13, 15-16).

ne tum quidem communicari cum aliis negotium fieret integrum nobis, nisi quòd ego, nescio quid præsentiens, proprium meis sumptibus tabellophorum ad D. *Mycon.*[*ium*[8]] misi: à quo repentinam consolationem tantùm accepimus.

Intelligitis[9] igitur, mi Calvine, te nulla negligentia neque oblivione tui esse præteritum. Sed quòd ne catastrophen quidem tragœdiæ perscripserim, inde factum est quòd et nollem te nimirum ejus historiæ ἀκροάματι lassatum denuò fatigare, et quòd *Viretum, qui postremo eventui interfuerat*[10], *ipsum enar-*

[7] Nous résumons le second tiers du procès-verbal du 15 août :

Les quatre prédicants ont encore présenté leur requête d'hier (Cf. p. 100 au bas). Cependant *Sultzer* et *Schmid* se sont engagés à expliquer les mots [obscurs] qui causent du mécontentement. Là-dessus on décide : Primo, que [le secrétaire] *Nicolas Zur Kinden* n'a point failli en n'écrivant [pour les ministres?] que l'ordonnance qui a été en premier lieu adoptée par le Petit Conseil et ensuite par celui des Bourgeois, mais qu'il est entièrement justifié de cela. Quant à cette observation des quatre prédicants, qu'on leur a donné par écrit une autre réponse que celle qui leur a été faite oralement par M. *l'Avoyer,* — mes Seigneurs éprouvent un grand déplaisir de ce que les prédicants allèguent si souvent que mes Seigneurs veulent leur « interdire » la Parole de Dieu.... Cela n'est pas. Mais puisqu'ils demandent qu'on les laisse entièrement au bénéfice de la première ordonnance, et que *la Confession* [*de Bâle*] soit conservée, et que le dernier *Catéchisme* ne soit pas changé..., mes Seigneurs veulent bien qu'ils prêchent en toute liberté la Parole de Dieu, et qu'ils se servent de *la Confession* et du [dernier] *Catéchisme.* Toutefois, à cause qu'il s'y trouve des mots obscurs et inusités ici... (Voyez, pour la suite, le N° 1147, p. 101, dès la 2me ligne). Et, après leur avoir fait cette concession, le Conseil leur adressa les exhortations que nous avons mentionnées plus haut (p. 102-103, note 24).

Si nous avons bien compris ce procès-verbal du 15 août, *Pierre Kuntz* et ses trois collègues auraient finalement obtenu gain de cause, relativement à la *Confession de Bâle* : ce qui expliquerait leur soumission (N° 1147, n. 24).

[8] *Oswald Myconius,* antistès de l'Église de Bâle. Melchior Kirchhofer (Biographie de Myconius. Zürich, 1813, p. 349) dit que les pasteurs bernois s'adressèrent aussi à *Théodore Brand,* chef des tribus de Bâle ; que *Myconius* recommanda la modération à ses collègues de Berne, et qu'il leur écrivit que la chaire sainte n'était pas faite pour la polémique.

[9] Une phrase précédente : *Non injuria miraris,* etc., fait allusion à une lettre récente de Calvin. *Intelligitis* semblerait annoncer qu'il avait parlé aussi au nom de *Viret.*

[10] Viret était parti pour Neuchâtel le 9 août (N° 1144). Il put arriver à *Berne* le 12 ou le 13 ; mais le Manuel du Conseil ne dit rien de lui.

raturum singula conjiciebam. Verùm si quid est ea in parte parùm officiosa cessatione peccatum à me præstitum, cupio gratiam mihi fieri. Quidquid enim deinceps contigerit, faxo quàm primùm intelligas, qui nos et consilió et precibus juvare plurimùm potes. Nam *nos quidem pacem Ecclesiæ constantem, ut optare possum[us], ita sperare non possum[us], quando novimus undequaque doctrinæ synceriori nobisque paratas insidias, neque hominem istum*[11] *quoad vivit conquiescere posse.* Sic est justum judicium Domini in nos his rationibus nos (ut scribitis[12]) probantis et humiliantis. Sed perdet idem qui loquuntur mendacium, et vir linguosus non dirigetur in terra et incidet in foveam quam fecit. Donet modò nobis Christus ut constanter libereque stare in veritate[13] atque certare possimus, patienterque omnes Satanæ insultus sustinere citra amarulentiæ rationem[14]; his enim solis armis hostis vincitur. Causam hanc Christi esse et ecclesiarum novimus : quò magis advigilare par est, ne quid per incogitantiam et nobis et ministerio indignum committamus. Opto rerum tuarum ecclesiæque statum istic significes. Vale, mi frater observande, et nos ama. Pluribus in præsentiarum non licebat. Scripsi 4ª Octobris 1542.

T. SULTZERUS

1163

JEAN CALVIN à Pierre Viret, à Lausanne.

De Genève (5 octobre ? 1542.)

Copie contempor. Bibl. Publ. de Genève. Vol. nº 111 a.
Calv. Opp. XI, 446.

Solus lege[1]. Quo die tibi per *Nicolaum* scripturus eram[2],

[12] Dans l'édition de Brunswick, *scribitur.*

[13] Ibidem : *pro veritate.*

[14] Ibidem : *stationem* (?).

[1] Ces deux mots sont écrits à la marge.

[2] Voyez la fin de la lettre de Calvin du 25 septembre.

aliud negocium intervenit : quo factum est ut non præstiterim quod receperam. Nunc cum nuncium ad te quærerem, hic frater commodùm mihi oblatus est, nisi quòd rogabat ut statim responderem. Verùm cum excusarem me non tam citò posse, quoniam instaret hora *consistorii* [3], non difficulter mihi totum diem concessit. Quia autem ne sic quidem multum temporis mihi restat, singula de quibus tecum agere institui breviter perstringam.

Literæ ad Senatum [4], quando aliud remedium, quod mihi videbatur melius, sublatum est, *vehementer placent. Sunt enim satis viriles et animosæ. Deinde viam præcludunt malis ac tyrannicis exemplis. Erasmum* [5] *judico nimis molliter tractari, præsertim cum alii* [6] *duriùs castigentur*, qui et meliorem causam habuerunt, nisi fallor, et minùs in agendo peccarunt. Neque tamen hoc ideo dico, quia velim vos illis adulari ; sed videndum vobis est ne, dum plures meritò reprehenditis, videamini in simili causa *uni* parcere. Utcunque sit, res tamen meliùs habet quàm sperare ausus fuissem. Faxit Dominus ut *literæ vestræ* bene ab hominibus exaudiantur [7].

De bonis ecclesiasticis nihil ferè habeo præter auditum [8]. *Di-*

[3] Le Consistoire se réunissait ordinairement le jeudi. Le Registre de ce corps ne mentionnant point de séance au jeudi 28 septembre, on peut en conclure que Calvin parle ici de celle du jeudi 5 octobre.

[4] C'est la lettre que la Classe de Lausanne se proposait d'adresser à MM. de Berne, en réponse à leur mandement du 15 août.

[5] Le pasteur bernois *Érasme Ritter*.

[6] Ceux des collègues de Ritter qui étaient partisans de la doctrine de Bucer sur la sainte Cène.

[7] Cette lettre que la Classe de Lausanne se proposait d'adresser au Conseil de Berne n'a pas été conservée. Il paraît que la Classe différa d'abord de l'envoyer, puis résolut d'en faire remanier le texte, en y ajoutant des représentations sur la vente des biens ecclésiastiques (Voy. la lettre du 1er novembre suivant).

[8] Dans sa lettre du 19 septembre, *Viret* ne disait rien de *la vente des biens d'Église;* mais, quelques jours plus tard, il demanda l'avis de *Calvin* sur cette question, qui venait de prendre une importance toute nouvelle.

Après leur conquête du Pays romand, MM. de Berne avaient mis la main sur les biens ecclésiastiques, et ils en avaient d'abord disposé avec justice et prudence. Ils en donnèrent une partie aux villes et aux communautés pour les écoles et les établissements de bienfaisance ; une autre partie fut consacrée à l'entretien des ministres et à la fondation de l'académie de Lausanne. Quelques biens, il est vrai, furent vendus à des particuliers (Voyez Ruchat, IV, 395-405). Mais, en 1542, tout le reste, et

cum igitur *primùm quid audierim, deinde quid sentiam.* Proscripserunt quidquid erat censuum ac redituum se vendituros hac lege, ut pars ad manum numeraretur, ex reliqua summa conficeretur annua pensio. Addunt exceptionem, ne diutius asserant ac tueantur possessionem emptoribus donec provinciam obtinebunt [9]. Hac conditione emit *Petrus Vendelius* [10] prioratum mille quingentis coronatis; alii vites, alii agros, alii domos. Iam *quid sentire possim, ipse per te conjicies. Vides alienationem fieri, Ecclesiam relinqui nudam, ut magistratus det quasi de suo quantum libuerit* [11]*: quòd si officio suo non satisfaciat, possit eam ipsam portionem quam distribuet imputare* [12]*, et de ea auferenda minari.* Vobis autem quid faciendum sit non est facile explicare, præsertim cum pauci sint qui se magno animo invidiæ objicere audeant, plures connivendo malint partes suas deserere, atque ita retinere hominum gratiam, quàm constanter ac for-

il était considérable, fut adjugé au trésor public. La première mention de cette vente générale se trouve dans le Manuel du Conseil au 31 juillet 1542. L'avoyer *Nægueli* et le trésorier *Augsburger* furent députés *ad hoc.* Ils reçurent leurs instructions le 4 octobre.

«Au mois d'octobre (dit Pierrefleur, p. 216), furent envoyés de *Berne* certains commis et ambassadeurs ayant charge de vendre tous bénéfices, comme priorez, cures, chapelles, terres, vignes, prez et autres possessions estans du bien des églises, quels qu'ils fussent, réservez les diesmes et censes, qu'ils retenoyent à eux, au plus offrant et dernier enchérissant.» Le grand nombre des domaines mis en vente à la fois devait éveiller les inquiétudes de nos Réformateurs.

[9] Cette réserve était de rigueur. Nous lisons dans un extrait des Registres du Conseil de Genève : « Le 25 août 1542, le roy des Romains [*Ferdinand*] demande que MM. de Berne ayent à restituer *la Savoye* à son Prince : ce qu'ils n'ont voulu faire. » Et, au 28 : « Sur le départ (la décision des arbitres) de Bâle, que MM. de Berne ne veulent pas tenir à cause des deux articles [en litige], a été arrêté que l'on prenne patience *pendant qu'ils tiendront le païs,* et non autrement. » (Voy. A. Roget, o. c. II, 92).

[10] *Pierre Wandel,* membre du Petit Conseil de Genève, depuis 1540, et ancien capitaine général (III, 376 ; V, 27. — A. Roget, o. c. I, 28, 38).

[11] Calvin avait déjà qualifié, devant le Conseil de Genève, l'aliénation des biens d'Église (N° 1141).

[12] *Imputare* est très lisible dans la copie de Jouvilliers. Il suffit de suppléer le mot *sibi,* que l'écrivain aura omis dans la hâte de la composition, et l'on obtiendra un sens naturel. On a proposé la variante *amputare* ; mais ce verbe, suivi de *et de ea auferenda minari,* aurait formé, ce nous semble, un pléonasme.

titer loquendo incurrere in offensionem. In hoc autem negocio nihil agitur sine consensu. Ergo frustra aliquid inchoare studeas, nisi omnes habeas tibi conjunctos. Hoc tamen certè à nobis præstandum est, ne aut verbis aut ulla alia significatione rem non bonam approbemus.

Gaudeo quòd nuper me non frustra fatigaverim scribendo in *Italiam*, quando literæ meæ in tempore venire non poterant[13]. *Habemus hîc quoque alterum Italum, hominem senem, et ipso aspectu reverendum. Fuit apud suos magnæ authoritatis*[14]. Hîc vivit sumptu suo. Si poterit linguam discere, erit aliquando summopere, ut spero, utilis.

[13] Ses lettres seraient parvenues à *Lausanne* après le départ de *Curione* pour l'*Italie* (N° 1155, n. 7).

[14] C'était le célèbre prédicateur *Bernardino Ochino*, appelé parfois en latin *Ocellus*. Né à *Sienne* (1487), il s'affilia de bonne heure aux Franciscains de l'Observance, puis aux Capucins (1534), parce qu'il trouvait leur règle plus sévère. Ils le nommèrent vicaire général en 1538 et en 1541. A cette dernière époque, l'étude approfondie de la Bible l'avait pénétré des doctrines évangéliques, et il en était venu à proclamer ouvertement la justification par la foi, mais sans attaquer les abus et les erreurs de l'Église romaine. Toutes les villes où il prêchait étaient ravies de son éloquence. A *Modène*, en 1540, on commença à suspecter son orthodoxie. Ayant été envoyé à *Venise* pour y prêcher pendant le carême de 1542, il fut surveillé de très près, sur l'ordre du pape, et bientôt dénoncé. *Bullinger*, énumérant les réfugiés italiens qui s'arrêtèrent à *Zurich* (août-septembre) parle d'*Ochino* en ces termes : « D. *Bernardinus Senensis*, vir insignis sanctimonia et eruditione, venerandus senex et canus, proceræ staturæ et miram præ se ferens majestatem.... Mansit apud nos per biduum, de rebus religionis nobiscum collocutus. Brevia nobis apostolica complura exhibebat, quæ à pontifice *Paulo* acceperat, jubente illum primò *Januensibus* [scil. *Genuensibus*], dein *Florentinis*, inde *Venetis* prædicare. Ubi autem sensisset ipsum Christum prædicare, misso brevi apostolico *Romam* ipsum evocat : abit vir fortis, sed *Florentiæ* prohibetur et in *Germaniam* ablegatur à piis, perhibentibus *Romæ* paratum ipsi certum exitium. Abiit ergo *Genevam* tandem, ibi suis sumptibus victurus, propter *Italiæ* confinium. Curat autem plurimos ibi sermones Italica lingua scriptos imprimi et inde transportari in *Italiam*.... Habet autem non immeritò maximam apud *Italos* omnes authoritatem : imò ipsum propè pro divo exosculantur. » (Lettre du 19 déc. 1542 à Vadian. Autogr. Bibl. de St-Gall. Mscriptæ Epp. V, 160. — Voyez aussi Calvini Opp. XI, 479, 480. — Aonii Paleari Opera. Recensuit Hallbauer. Ienæ, 1728, p. 102, 103, 294. — Th. Maccree. La Réf. en Italie, trad. de l'anglais, 1834, *passim*. — L'ouvrage capital est celui du Dr Karl Benrath, intitulé : Bernardino Ochino von Siena. Leipzig, 1875, XII et 383 pp. 8°.)

Joannes bibliopola[15], nuper istac reversus, mecum de *Zebedæo* locutus est. Dicebat paratum esse hunc [l. huc ?] venire, si locus foret. Nihil aliud respondi nisi me tibi scripturum. Quid autem scribam non habeo, quia facultate, ut scis, destituimur. Et tu meliùs colligere potes, quàm multa nos impediant, quàm ego scriptis complecti.

Est aliud quod me vehementer excruciat. Cum putarem compositam esse litem cum Bernatibus, ecce derepente omnia abrupta. Jam decretum erat a Diacosiis, remittendum esse *Bernatibus* quod petierant[16]. Restabant comitia[17], de quibus habendis cum Senatus tractaret, *Amedæus noster*[18] dixit : se retractare quod censuerat. Deinde magnificis verbis disseruit quàm turpis foret illa cessio. Nonnulli eum secuti sunt. Eò ventum est ut Sexaginta, postea Ducenti vocarentur[19]. Cum Ducentis res esset proposita, ecce *Paguetius*[20], quasi unicus Athlas reipublicæ, acerbis conviciis in eos invehi qui sponte urbem tam præclaro jure spoliarent. Eò autem usque contentione raptus est, ut Senatui forum lignarium minaretur, ubi decollari solent proditores. Tumultus gravis excitatus. Tandem in ejus sententiam discessum est, nisi quòd jussus est flexis genibus suppliciter veniam a Senatu petere. *Hoc* verò *totum*, ut scias, *ex Macrini prodiit officina*[21], *qui videtur mihi destinato consilio hoc captare, ut duæ civitates perpetuò inter se dissideant*[22].

Nunc, si posses per tuam commoditatem, huc te mox conferre, valde mihi gratum foret. Nam etsi remedio nullus erit locus,

[15] L'imprimeur-libraire *Jean Girard* était de retour d'une foire, peut-être de celle de Francfort, close le 22 septembre.

[16] Voyez la fin de la note 9, et A. Roget. o. c. II, 92.

[17] Le Conseil général.

[18] Voyez sur *Amied* ou *Ami Perrin*, l'Index du t. III. Ce fut dans la séance du Petit Conseil du 25 septembre qu'il déclara avoir changé d'opinion.

[19] Le Conseil des Soixante s'assembla le mardi 26 septembre, et le Conseil des Deux-Cents le lendemain (Roget, II, 94).

[20] Dans la copie on peut lire *Pagnetius* ou *Paguetius*. Le nom exact est *Paquet* (François), gendre de l'ancien syndic *Jean Balard* (Cf. Galiffe. o. c. I, 309). Il fut plus tard interprète au service du roi de France.

[21-22] Un agent secret de François I ou de Charles III, duc de Savoie, aurait-il agi autrement que *Laurent Maigret*, surnommé *le Magnifique ?* Ce réfugié français avait rendu jadis quelques services aux Genevois, qui l'en récompensèrent avec libéralité (Voyez l'Index du t. III ; t. IV, p. 24; V, 220).

hoc tamen me et te juvabit, quòd hanc calamitatem inter nos deplorabimus. Verùm ne dubita : multùm proderit tuus adventus, modò Lunæ[23] huc te sistas. Causam tamen cave abs te quispiam intelligat. Nam jurejurando polliciti sunt silentium, quotquot aderant[24] : itaque non sine periculo foret. Fructum tuæ profectionis coràm audies atque, ut spero, senties. Vale, mi frater. Dominus te conservet, atque huc incolumem celeriter adducat! Saluta fratres omnes et tuam familiam meo et *uxoris* nomine. Genevæ[25].

JOANNES CALVINUS tuus.

1164

MARTIN BUCER à Jean Calvin, à Genève.

De Strasbourg, 6 octobre 1542.

Calvini Epistolæ et Resp. 1575, p. 365. Calv. Opp. XI, 449.

De motu illo[1] *idem omnino quod tu suaseram, quanquam non tam planè scripseram.* Circumstantias causæ quas tu modò mihi exposuisti, ignoravi : ideo eam nunc petendam dilationem optaveram, dum remisisset sese illa animorum concitatio tam impiè excitata, et recepissent sese fratres ad defensionem veritatis gravem et claram. Hujus capita prima fuissent, *disputationem*[2] *nihil quàm crassam illam præsentiam damnare, et necessariò fatendum veram percipi in Eucharistia corporis et sanguinis Domini communionem : tum cætera quæ disciplinæ sunt, clarè a Domino præcepta esse,* ut dissimulari tacerique, nisi Christo

[23] Si la date que nous donnons à la présente lettre est juste, Calvin aurait engagé Viret à se trouver à Genève le lundi 9 octobre.

[24] On lit dans le procès-verbal de la séance des Deux-Cents du 27 septembre : « Il a esté dit et levé la main de tenir icelluy différend secret » (Roget, II, 95).

[25] La date a été déterminée dans la note 3.

[1] Allusion au différend qui s'était élevé entre les pasteurs de Berne (N°s 1162, n. 3, et 1147).

[2] La Dispute de Berne (1528).

abnegato, non possint. Tu me tuis literis perturbasti. Expertus enim sum multis in locis quantùm causæ veritatis nocuerit insyncera defensio et neglectus communionis. Christus gaudet virtutem suam sic explicare, ne videatur malorum affectuum patronus, et caput factionis.

Literæ meæ, ut nunc queritur N. [3], *non sunt ipsis allatæ. Consilium à me petit. Scribam igitur illi de synceritate actionis, de necessitate communionis,* de pia cautione, ne quid admisceatur ad causam Christi, *de explicatione clara et ex Scripturis ipsis manifestè deprompta, qualis tua est* [4], *quam ne inferi quidem calumniari queant.* Denique de probis patronis, qui et Christi verè sint, et nostri tantùm propter Christum. Illa tam execror de imaginibus, de adservatione symbolorum [5], ut libenter fingerem mihi conficta esse per calumniam. Nam vitiosa hæc sunt, et submovenda, ubi remanserunt. *De infirmorum communicatione* motum aliquid audieram, et non improbabam [6]. *Tu verò piè et necessariò facis quod facis : etiam in infirmis et vitiosis fratribus defendenda est causa Christi.* Sed simul danda opera, ut infirmi aliquando roborentur, et vitiosi corrigantur. At dum ita partim ipsi fugimus, partim Satanæ prodimus pias Synodos [7], quid nobis polliceamur ? Christus caput esse vult omnium membrorum suorum, et agere per universa non per singula.

Exhilarasti me, facta spe plenæ inter Bernates et vestram Rempublicam conciliationis [8]. *Quanquam si non contrahatur et eccle-*

[3] Le nom supprimé était probablement celui de *Sultzer.*

[4] L'explication donnée par *Calvin* dans son *Traité de la Cène du Seigneur,* publié en 1540.

[5] C'est-à-dire qu'on accusait faussement *Bucer* d'avoir conservé dans le culte ces rites luthériens.

[6] Berne s'opposait absolument à ce que la Sainte Cène fût administrée aux malades. Le 6 juin 1542, *Jean-Henri Meyer,* pasteur de Bætterkinden, village bernois, est cité devant le Conseil, parce qu'il a dit dans ses sermons, qu'on devrait pouvoir donner la cène aux malades, et que le *viaticum* dont parlent les Pères est très consolant. On lui ordonne de s'abstenir entièrement de pareilles innovations, qui sont contraires à la Dispute [de 1528], à la Confession et à la Réformation de mes Seigneurs (Manuel du dit jour).

[7] Le gouvernement bernois ne voulait plus de *synodes* réunissant tous les pasteurs d'un même pays. Nous verrons bientôt ceux de la Classe de Lausanne demander le rétablissement de cette institution (N° 1174, n. 11).

[8] Cet espoir de *Calvin* avait été récemment déçu (N° 1163, renv. de n. 16-21).

siarum societas, et restituatur unà res ecclesiasticas tractandi facultas, nihil præstabis via conciliationis. Videmus quotidie, ut Dominus eos qui ipsius nomen jactant, conjungi non in se non patiatur. Instabis igitur, et instabo ego tecum, ut causam Christi fratres quàm simplicissimè, et totam, et ex verbo Dei ipso, et συμμάχοις purè Christianis agant. *Per ministerium restitui omnia necesse est : ergo ministerium ipsum priùs* [9]. Id verò non fiet, nisi conspirantibus et communiter agentibus quotquot inter se communicare poterunt.

Meti Farellus unam duntaxat concionem habuit [10], quod sciam, *et in cœmeterio Dominicanorum* : qui cum aliud non possent, strepitu campanæ suæ verbum Domini populo avertere conati sunt. Sed *Farellus noster* voce intenta usque ad summam raucedinem, campanæ sonitum vicit. *Postridie tria millia aderant audituri: sed præcipui inter eos qui Evangelium petunt, et ipse Consul* [11], *a Farello impetrarunt ut quiesceret dum rem eò deducerent, ut sine metu motus civilis concio haberi posset : quod brevi fore pollicebantur. Vocatus Farellus eodem die ad summum consilium, et rogatus quo jubente prædicasset, et quo petente, respondit : « Christo jubente et petentibus membris. »* Nec tamen voluit quenquam nominatim indicare. Et satis graviter ac piè coram illis de suo munere et prædicatione Evangelii disseruit, eosque officii sui admonuit. *Dum verò illi deliberarent quid de eo statuerent, fratres deduxerunt eum domum* : et impositum equo qui magnitudine et habitu non absimilis esse *Farello* videbatur, simularunt se fratres quidam educere *Farellum.*

Interim quievit Farellus [12], *expectans legationem quam Evangelii* [*l. Evangelici*] *initio, statim cum ipse Metim venisset, miserant ad nostros, qui à nostris auxilium et ab universo fœdere peterent* [13]. *Visum enim fuit ut legati ex nostris Electorem*

[9] Plusieurs gouvernements de la Suisse réformée n'admettaient pas les idées de *Bucer*, de *Calvin* et de *Viret* sur l'autorité et les privilèges du ministère évangélique.

[10] Le dimanche 3 septembre (N° 1157, note 2).

[11] Le maître-échevin *Gaspard de Heu.*

[12] Cela signifie que, pendant le reste du mois de septembre, *Farel* ne prêcha plus *en public.* Le P. Meurisse, op. cit., p. 44, dit la même chose, à sa manière : « *Farel* se retiroit tousjours cependant, beuvoit, mangeoit, dormoit, catéchisoit et dogmatisoit chez *Gaspard Gamaut.* »

Sax.[*oniæ*] *et Landgravium adirent, et ab illis recipi in fœdus nostrum Rempublicam Metensem, in saniore illa sui parte quæ Evangelium petit, postularent*. Id factum est. *Landgravius* causam comprobavit et ad *Electorem* statim retulit [14] : interim tamen, quia res moram non ferebat, decrevit legationem mittendam ad *Metenses,* nomine communis fœderis, quæ postularet ab adversariis, *ut nostris unum templum, et liberam concionem et Sacramentorum administrationem concederent.* Dedit ipse Legatum unum, alterum *Francfordienses,* tertius noster [15] erat. Hi in mandatis habent, nihil non tentare ab adversariis, ut impetrent quod petitum missi sunt. Eo etiam adjuncto, fœdus nostrum non posse deesse fratribus tam sancta et pia petentibus. Idque interesse totius Romani Imperii. Vide ut audeamus. Spes itaque est, etiamsi adversarii quod petitur ultro non concedant, ut tamen quieturi sint, si nostri hac legatione animati per se *Furellum* concionari fecerint [16]. Satan in eo quoque multùm laboravit, ut si Evangelium non posset omnino, tamen ex parte averteret huic populo, aliquo pro *Farello* obtruso, qui non εἰλικρινῶς, οὐδὲ ζεσῶς [17]. Obstitimus huic Satanæ quoad licuit. Cras spero aut hodie, reverso D. *Jacobo* [18], audiemus quid dederit Dominus.

[13] Selon Seckendorf (livre III, p. 399 a), ce fut au mois de novembre que les Évangéliques de Metz envoyèrent leurs députés, *Jean Niedbrucker* et *Jean Carquien,* pour demander aux confédérés de Smalkalden de les recevoir dans leur alliance.

[14] L. Ranke (o. c., 4e édition, IV, 235) mentionne la lettre que le landgrave *Philippe* adressa, le 17 octobre (Dienstag nach Galli) 1542, à l'électeur de Saxe, en faveur des Évangéliques de *Metz ;* mais il ne dit rien de celle dont parle ici Bucer. On sait d'ailleurs par Seckendorf, loc. cit., que *Luther* et *Mélanchthon* déconseillèrent à l'Électeur d'intervenir dans les affaires de Metz. (Luthers Briefe, éd. de Wette, V, 508.)

[15] Nous ignorons si les députés envoyés par le Landgrave et la ville de Francfort étaient les mêmes que ceux mentionnés par Seckendorf à propos des négociations du mois de mars 1543, c'est-à-dire, le comte *Théodoric de Manderscheyd* et *Pierre Sturm.* Le « troisième député » était le conseiller strasbourgeois *Jacob Sturm de Sturmeck* (V, 402, n. 12, 13).

[16] Bucer dit, plus loin, que si l'ambassade des Protestants avait tardé d'une semaine, les Évangéliques messins auraient tenté de conquérir *par eux-mêmes* la liberté de la prédication.

[17] Aucun historien n'indique le nom de ce prédicateur qui ne prêchait « ni purement ni avec zèle. »

Multus illic populus Christum admodum sitit. Consul cum fratre R.[19] *fortissimè agit. Moram hanc Farellus ægerrimè tulit, nec immeritò. Nam peste illic multi quotidie tolluntur, qui gravissimè queruntur, se sine consolatione certa Evangelii et Sacramentorum hinc abripi.* Si distulisset *legatio* unam tantùm septimanam, indubie rursus aliquid ausi fuissent. Habes summam ferè omnium quæ *Meti* hactenus in hac causa acciderunt. *Bruno*[20] admodum constanter egit, quanquam ad id opus habuerit multis cohortationibus. Bene vale. *Uxorem* et fratres diligenter atque officiosè saluta. Sed quàm mihi dolet illud de ignorata disciplina, de factiosa agendi ratione, de neglectu Synodorum, de offensione sive retenta, sive affectata. Sed tu, meum cor, meus animus, semper tuo, imò Christi bono, omnia omnium mala vinces, quoad licuerit. D. Jesus te servet ! Vale, Argentorati, VI. Octobr. M. D. XLII[21].

D. *Jacobus* heri vesperi venit, sed proh dolor, *nihil boni attulit. Adversarii in urbe dominantur.* Nostri, cum legatio adveniret, non aderant[22]. *Legationem* itaque *urbe excluserunt, et nec equos eorum hospitio accipere voluerunt. Vix tandem impetratum est, ut tres mitterent adversarii ex urbe qui Legatos audirent. Auditis, nullum responsum dederunt,* causati Senatum totum cogi non posse, propter pestem, quæ uno die 50 absumit[23].

[18] *Jacob Sturm.* Après l'accueil fait à l'ambassade, à la fin de septembre (renv. de 22-23), il n'avait plus qu'à retourner à Strasbourg.

[19] *Robert de Heu* (N° 1157, renv. de n. 4-6).

[20] *Jean Brunon Niedbrucker,* appelé aussi *Jean de Metz* (VII, 191, 196).

[21] Dans l'imprimé : 1541, ce qui est une erreur évidente.

[22-23] Selon Meurisse, o. c. pp. 44, 45, 50-52, « *le duc de Witemberg, le Landgraff de Hess* et les villes de *Strasbourg* et de *Francfort,* sous couleur de pacifier les différents meus entre ceux de *Metz* et *le comte de Furstemberg....* envoyèrent des députez à Metz : au devant desquels ceux de leur faction estant allez, ils arrivèrent tous ensemble aux portes de la Ville, le 28 de Septembre 1542. Les députés s'estant arrestez au Jardin et en la maison appelée Briba, proche de la Porte des Allemands,.... leurs gens... se présentèrent à la même porte... et à celle du Pont Reymond, où l'on les arresta, attendant la permission des Treizes. Sur quoy *Gaspard de Heu...* estant arrivé, les fit entrer de son authorité particulière, contre le gré des Treizes et des Bourgeois....

« Le lendemain, Samedy 30 Septembre, l'on députa quelques-uns des Treizes et du Conseil vers les envoyés des Princes et des Villes d'Allemagne... pour ouyr leurs propositions. Toutes leurs harangues.... ne tendoient à autre

Jurarunt omnino se extrema potiùs passuros, quàm quod nos petimus, id est, Regnum Christi admissuros[24]. *Consul volebat admittere concionem. Frater repugnavit et retraxit eum.* Si neque eum pro se adeant cives pii, est iterum et hîc misera Christi ecclesia. Nostri sine cruce Christum quærunt. Adversarii propter Antichristum mille cruces subeunt. Oremus, supplicemus, flagitemus opem Domini.

Tuus totus Bucerus.

1165

GUILLAUME DE FURSTEMBERG au Conseil de Metz.

(De Gorze ?) 8 octobre 1542.

Le P. Meurisse. Hist. de la naissance de l'hérésie dans la ville de Metz. Metz, 1670, in-8°, p. 61.

Fermes d'honneur, honnorables, chières, singulières,

Nous avons entendu par nostre serviteur, que puis n'aguères avons envoyé vers vous, touchant l'arrogance, mespris, contempt et injures à nous advenues en vostre Cité[1], ce que luy avez baillé pour réponse. Et ne pouvons estimer que ce soit seulement la coulpe des cinq personnages, desquels l'un est mort, et les autres quatre détenus en vos prisons, ou que quand ors vous puniriez iceux, que par ce nous soit satis-faict : car selon ce

chose qu'à obtenir le libre exercice de la religion de *Luther* dans la ville de Metz.... A quoy ceux de Metz ne voulurent pourtant jamais consentir, s'excusans tousjours avec belles parolles, *en leur donnant,* dit l'histoire, *un gratieux refus.*

« Nonobstant cela, *Gaspard de Heu* et tous ceux de la faction luthérienne.... passèrent jusques à un tel point d'impudence que, *le second jour du mois d'Octobre,* ils s'assemblèrent du grand matin en l'église de S. Pierre aux Images, où *Farel* les devoit aller prescher. De quoy les Treizes... ayans eu avis, allèrent aussitost dissiper cette assemblée..., et tesmoignèrent tant de vigueur en cette rencontre... que *les Luthériens* furent contraints de prendre de nouveaux conseils. Alors donc *Gaspard de Heu* dit à tous ceux de sa faction qu'ils l'allassent attendre hors de la Porte Serpenoise..., et aussitost montant à cheval, il alla prendre *Farel* chez *Gaspard*

qu'avons vescu par cy-devant, et nous [sommes] démonstré envers vous et vostre commune Cité, nous ne pouvons penser qu'à tel affaire à nous advenue contre équité et raison, nous ayons donné aucune cause : ains convient que l'ayons tenu entièrement à ce que ce jeu nous ait esté dressé à cause de la Religion, veu que présentement *nous voyons publiquement ce que vous entreprenez à l'encontre de vos bourgeois qui adhèrent à la parolle Divine, et qui seulement la voudroient ouyr prescher et annoncer,* non ayant regard que en autres choses ils se présentent en toute obéissance ; *et aussi que entreprenez de les deschasser et bannir hors de vostre Cité*[2]. Et si par telles vos

Gamaut, lequel il fit aussi monter à cheval, et s'en allèrent ainsi bien escortés... à *Montigny,* faisant entendre, en sortant, à ceux qui estoient là présents, que *Montigny* et leurs personnes estoient sous la protection des *Protestants d'Allemagne...* »

On voit que *Bucer* ignorait encore, le 6 octobre, ce qui s'était passé à Metz quatre jours auparavant.

[24] On sait qu'en sortant de la ville, le 2 octobre, *Farel* prononça les paroles suivantes : « Vous ne voulés point recevoir Jésus-Christ ; mais je vous di qu'il viendra une nation qui vous déjettera de vostre authorité, et ne serés maistres ni de vos maisons ni de vos biens » (Bèze. Hist. eccl. III, 433).

[1] Allusion à l'émeute que l'arrivée du comte *Guillaume* à *Metz* avait suscitée, le 9 juillet (N° 1137, n. 9).

[2] On lit dans l'ouvrage du P. Meurisse, p. 56 : « Le Clergé et les Catholiques n'avoient point manqué de se pourvoir... par devers *l'Empereur,* duquel ils avoient receu... mandement exprès que nuls de la ville de Metz n'adhérassent à aucunes nouvelles doctrines, jusques à [ce] que provision y auroit esté mise,... et que l'on eust ce pendant à punir les rebelles. Et ce mandement avoit esté suivy d'une belle Ordonnance des Treizes portant la mesme deffense... et mesme... de n'assister à sermon d'aucun Prédicateur... s'il n'avoit sa mission de l'Évesque,... sous peine de bannissement. Et cette Ordonnance avoit esté publiée et affichée par tous les quarrefours de la Ville au mesme temps que *Farel* en fut mis hors... Ceux qui estoient plus notoirement connus alors pour *Luthériens*... furent maudez... par ceux de la Justice, incontinent après la sortie de *Farel.* Il leur fut enjoint... de quitter leurs nouvelles opinions et d'obéir ponctuellement au *mandement de l'Empereur* et aux *ordonnances de la Ville.* »

Meurisse dit ensuite qu'on exigea d'eux un serment, qu'ils le violèrent, « à deux jours de là » et furent bannis. « Les procédures qu'on fit contre eux durèrent six ou sept semaines. » Ils sortirent de la ville, les uns le 16, les autres le 20 janvier 1543. Voici leurs noms d'après Ferry, § 413, dont M. Henri Burtin a bien voulu nous envoyer une copie :

entreprises vous procédez contre autres vos bourgeois, nous avons bien par ce à comprendre et véritablement à estimer, que par cette voye vous nous avez aussi voulu apprendre de éviter vostre Cité, et entrepris de nous charger, comme si par trahison nous eussions voulu mettre la Cité en autruy main : ce que toutefois oncques nous ne pensasmes, et ne sommes pas de telle race que l'on doive estimer telle chose de nous.

Et à cette occasion requiert la nécessité de nostre honneur, veu que le bruit de ce est par tout divulgué, que nous ayons le conseil de nos seigneurs et amys sur ce, comment nous pourrons soustenir et deffendre nostre honneur, de sorte qu'un chacun puisse voir que tort nous est fait. Mais *si vous désistiez envers vos bourgeois de punition, bannissement et autres procédures, et que ne leur deffendissiez la prédication de la parolle Divine,* et que fussions de ce advertis, *nous pourrions plutost conjecturer, et estre induicts à ce que l'affaire advenue contre nous a esté faite sans malengin* [3] : ce que nous ne vous avons voulu celer par cette, donnée le huitième d'Octobre l'an 1542 [4].

« *Gaspar Gamaut,* marchand, *Jean Carchien* ou *Carquin,* marchand et teinturier, *Regnault Daube* ou *d'Aulbe,* marchand, *Didier Le Couxat,* drapier, *Guillaume* le maignier (chaudronnier), *Domange* dit *le Pienne, Jean-Pierre Martin,* marchand, *Jean Hussenet,* marchand, *Simonin* de Gorze, teinturier, *Thomassin* de Chevillon, drapier, *Pierson Mathiat* dit *de St. Arnould,* marchand ; *Ancillon, Jacomin* (ou *Jacquemin*), *Grégoire,* tous trois huiliers. » — Ces quatorze bannis obtinrent, en vertu du départ (recès) de Strasbourg du 21 mai 1543, et de l'arrêté du Conseil de Metz du 1er juin suivant, la permission de rentrer. Les autres exilés qui ne l'obtinrent pas alors étaient : « *Jean de Termègne,* apothicaire, venu de Sedan. (Il fut fait conseiller l'an 1557). *Jean Petitjean,* maître d'école, aussi étranger, *Piéresson Mathiat,* cordonnier, *Mareschal* de St. Arnould, *Thiébaut Dollée* ou *Dolleci.* » Paul Ferry ajoute : « Néanmoins il appert par le dit départ de Strasbourg du 21 may 1543 qu'ils estoient dix. » (Voy. aussi Meurisse, p. 58-60. — J.-B. Nimsgern. Hist. de la ville de Gorze. Metz, 1853, p. 92.)

[3] Sans mauvaise intention.

[4] « La Justice dite les Treizes » répondit au Comte le 11 octobre : « Sur la motion advenue à nostre insceu et très gros regret en cette Cité, vostre Grâce y estant, nous avons fait tous debvoirs d'estre informez des délinquants... Nous trouvons que ceux qui sont encor détenus en nombre de quatre ont démérité la mort... et à demander pardon à vostre Grâce : ce que despiéça nous avons eu notifié à... *Robert de Heu,* comme celuy qui est bien féale et agréable à vostre Grâce.

1166

MARTIN BUCER à Guillaume Farel [à Montigny].
De Strasbourg, 11 octobre 1542.

Inédite. Autographe. Bibliothèque des Pasteurs de Neuchâtel.

Gratiam et Pacem ! Charissime et fortissime mi Farelle, heri accepi literas tuas datas 7 octobris, in quibus memoras quas miseris alteras, in quibus scripseris *de successu prædicationis*[1]. Eas ego non accepi : videris igitur cui illas credideris. *Ut heri nostri ad Senatum istuc gravissimè et minaciùs etiam multo quàm soleant*[2], *scripserint, ex magistro schabinorum intelligere poteris*[3]. *Omnes optamus et hortamur vos, ut in ipsa urbe*[4] *Christum prædicetis et glorificetis.* Ipse vos tuebitur.

Tu verò *in justificatione prædicanda* ita omnia attemperas indubie, ut ex notioribus homines boni inducantur sensim in ea

« ... Par icelles [vos lettres du huitième d'Octobre]... peut sembler... que vous estimez la motion advenue avoir esté à cause de la religion. Nous... ne l'entendons pas ainsi ; car, comme sçavez, plusieurs de nous... s'exposèrent et mirent en dangiers... pour mitiguer et appaiser l'affaire. Et *de la justice que faisons de ceux qui veulent autrement user que du passé,* c'est en ensuivant l'Ordonnance despiéça faite par *l'Empereur*... qu'est de demourer en la Foy Chrestienne... sans vouloir condescendre à aucunes innovations, comme encor puis naguère S. M. nous a escrit..., comme V. G. pourra voir par la vraye copie d'icelle lettre, que nous vous envoyons avec cette... » (Meurisse, p. 65-66).

[1] La lettre de Farel à Bucer du 7 octobre est perdue. Dans « l'autre, » qui était antérieure, parlait-il du succès des prédications qu'il avait faites, dès le 4 septembre, dans la maison de *Gaspard Gamaut,* ou bien de celles qu'il avait commencées, dès le 2 octobre, dans le château épiscopal, à *Montigny* (N°s 1157, n. 2 ; 1164, fin des n. 22-23) ?

[2] Le ton menaçant de la missive strasbourgeoise du 10 octobre s'explique par le mauvais accueil que les députés des Protestants avaient éprouvé à *Metz* (28-30 septembre).

[3 et 7] *Magister Schabinorum* et *Consul* désignent *Gaspard de Heu.*

[4, 6 et 10] *Farel* prêchait depuis le 2 octobre à *Montigny,* village situé à une demi-lieue de *Metz.* Nous n'avons pas la preuve positive qu'il soit « rentré dans la ville » quelques semaines plus tard.

quæ minùs nota habent : ut hostes criminatione eorum vitiorum maximè urgeantur, quæ omnibus bonis et aliquem sensum recti habentibus, pro vitiis habentur. Fructum justificationis, bona opera, fructus pœnitentiæ sic explices, ut et Christo fundamenta jacias disciplinæ, et planum facias, hostes verbis ista jactare, re ipsa nihil æquè odisse. Cumque in genere et in specie explicabis *verum usum sacri ministerii, Sacramentorum,* aliarum veterum cerimoniarum, Sabbathi, sacrarum oblationum, jejuniorum, publicarum precum et cantionum, multum detrahitur existimationi adversariorum, et idololatriæ eorum maximè patefiunt [5] : quod etiam, dum deplorando magis quàm exagitando convitiis, et cum luculenta significatione amoris erga homines et doloris de perditione eorum, facimus, plus etiam proficimus.

Sed ipse probè nosti ut, in istis initiis regni Christi revocandi, *magis nobis eò respiciendum sit, ut eos quos nulla novationis et licentiæ cupiditas tenet, sed vera Christi religio* (tametsi præter explicatam Christi scientiam), *lucrifaciamus, quàm ut gratificemur quibusdam intempestivis novatoribus.* Nam illi quidem (?) manent et adferunt veros Evangelii fructus, cum alii eò nocentiores hostes Ecclesiæ evadunt, quò initio contra papalia magis exarserint. Ut omnem sanabilium hominum offensionem vitemus, et curationem cautissimè instituamus, vocati sumus. In id elaboras indubie summis viribus. Dominus det ut quàm primùm *in urbe* te concionari audiamus [6]. Quid poterit *Consul* [7] suavius, hoc est, reipublicæ suæ magis salutare, et sibi coram Deo et angelis atque sanctis ejus honorificentius agere [8] ? Cogitet se patrem patriæ et populi sui servatorem esse debere. Exempla perpendat adolescentis Davidis, pueri Josiæ, etc., quæ tu illi semper meliùs. Præcare ei robur Christi ad optatum successum, meis et ecclesiæ nostræ verbis, quæ eum maximi in Domino facit : ideo ardenter pro eo orat. Orat nostra ecclesia, oramus nos, ut Satanam Christus pedibus vestris subjiciat. *D. Io* [9]. *et alii vestrates non dubitant, rem optimè cessuram, si in urbe audeatis* [l. *audiaris* [10] ?]. Ita frangetis Satanam coràm. *Locus* [11]

[5] La fin de ce paragraphe jusqu'à *proficimus* a été ajoutée à la marge.

[8] Cette phrase est écrite à la marge.

[9] Ce *Dominus Joannes,* natif de Metz, comme semblent l'indiquer les trois mots suivants, était *Jean Niedbrucker* ou *Jean Carquien* (N° 1164, n. 13).

[11] Un local pour les prédications.

facilè invenietur. Dominus adsit vobis ! Arg. XI Octob. 1542. *Fratrem* [12] officiosè salutes.

M. BUCERUS tuus in Domino.

(Inscriptio :) Eximio apostolo Christi Guliel. Farello, suo in Domino colendo et charissimo [13].

1167

SIMON SULTZER à Jean Calvin, à Genève.

De Berne, 21 octobre 1542.

Calvini Epistolæ et Resp. 1575, p. 41. Calv. Opp. XI, 454.

Binas ad te dedimus dierum non ita multorum intervallo [1]. Itaque et *tuas expectamus jam, idque eò avidiùs, quò magis tuum ecclesiæque statum cupio cognoscere.* Quanquam enim audiam non sine voluptate fœlicem istic ecclesiasticæ reformationis disciplinæque communis successum, te tamen scribente, et rectiùs liceat singula perspicere et animo meo magis exultare, *quippe qui spem foveam, aliquando nostram nobis ignaviam ecclesiam istam vel exemplo tacito opprobraturam utiliter. Neque nos sanè spem abjecerimus, revocari aliquando ministerii sacri cum suis partibus auctoritatem* [2], *Ecclesiæque vel aliquam faciem conformari posse,* si sublato fatali dissidio liceat aliquando ὁμοθυμαδὸν in communem causam incumbere, præsertim cum tu et tui similes velut lætæ aves prævolantes appareant, nec sinant despondere animum. Dominum itaque precor totius pacis charitatisque Patrem, ut suum Spiritum impartire nobis dignetur,

[12] *Claude Farel.*

[13] L'adresse porte cette note de Guillaume Farel : « D. Buceri, » et, plus à droite, en caractères à peine lisibles : « *Noël Thorel de Rouen.* » En écrivant ce nom, le Réformateur ne se doutait pas que, seize ans plus tard, il épouserait la sœur de ce même *Thorel.*

[1] Lettres du 16 septembre et du 4 octobre.

[2] A comparer avec le N° 1164, renvoi de note 9.

uti prodigiosa hæc lues tollatur è grege suo: nobisque donet ut certis, moderatis ac salutaribus consiliis cuncta peragamus.

Cæterùm ex *Argentorato* heri *Adrianus,* alumnus noster[3], fausto nuncio significavit *Coloniensém Episcopum*[4] *profligata Papismi impietate reformationem religionis per totam ditionem suam moliri, D. Buceri auspiciis,* qui denuo nunc serioque ab ipso accersitur, crediturque eò profecturus[5] verè sanctus Christi Apostolus. Idem verò etiam *Monasteriensem episcopum*[6] meditari, ac utrumque ad *Protestantium* fœdus aspirare[7]. Nam de *Argentinensi* nimirum accepisti, qui *Argentinensium* et quorundam suorum hortatibus impulsus, colloquium in *Molsheim* instituit[8], quod hoc ipso tempore DD. *Bucero, Hedione* aliisque præsentibus peragitur, mox nimirum auspicatoque aperturum per eam quoque provinciam Evangelio ostium. Dominus Jesus largiatur fœlicem progressum, non solùm propter horum ditiones amplissimas, verùm etiam propter exemplum quod hactenus inusitatum : ita nimirum etiam alios invitaturum ad capessendam alacriùs Evangelicam veritatem, qui per metum fortè nihil sunt primi ausi tentare.

De *Farello nostro* nimirum ex *Buceri* literis omnia intelliges: cujus angustiæ mirificè meum animum solicitum habent atque percellunt. Dominus et illius et Ecclesiæ misereatur, qui solus

[3] Ce pensionnaire de l'École de Berne était peut-être *Adrien Blauner.*

[4] L'électeur *Hermann de Wied,* archevêque de Cologne (VI, 259-260, n. 14 ; VII, 190, 195, 419, 449, 451, 452. — Sleidan, II, 309 et suiv. — Seckendorf, III, 435-437. — C. Warrentrapp. Hermann von Wied u. sein Reformationsversuch in Köln, 1878, p. 122-125).

[5] *Bucer* arriva à *Bonn* le 14 décembre 1542, et il y resta jusqu'au 24 août 1543.

[6-7] *Frantz de Waldeck,* évêque de Münster en Westphalie (Seckendorf, III, 40, 114, 418, 513. — Warrentrapp, o. c. p. 123, 124).

[8] *Érasme de Limbourg,* élu évêque de Strasbourg le 8 décembre 1541 (VI, 127 : VII, 198). Ce prélat très instruit, pacifique et tolérant, était universellement honoré. Dans la conférence qu'il tint à *Molsheim,* le 16 octobre 1542, les députés de la ville de Strasbourg le prièrent instamment de réformer son clergé et de permettre une discussion entre les théologiens des deux Églises. Le Chapitre y consentit, la même année, et il y eut des théologiens nommés en vue d'une entente à réaliser. Mais l'affaire traîna en longueur, et les événements des années subséquentes l'empêchèrent d'aboutir (Voy. Röhrich. Gesch. der Ref. im Elsass, II, 28, 29, 277).

potest repressa tempestate, serenitatem inducere, ut qui verbo mare sedat quamlibet fremens exitiumque minitans. Nos tantùm eum precibus excitemus cum nostris tum ecclesiarum nostrarum, et verorum Christi membrorum συμπαθείας declaremus. Non desino expectare lætius aliquod nuncium, quod utinam brevi accipiamus.

Vitebergæ, ne et hoc nescias, *D. Lutherus Eucharistiæ sublevationem, in Cœnæ sacræ administratione exercitam hactenus, sustulit*[9], *tintinabulique pulsum, propterea quòd et Gallos quosdam et Germaniæ superioris studiosos ea cerimonia offendi intellexisset.* Sed et *in Ecclesia Leipsensi,* ipso consentiente, his mensibus, excepto uno, altaria omnia sunt confracta et simulacra omnia sublata[10], ut planè declararit se non tam cerebrosum præfractumque quàm vulgò habetur et audit. Id igitur nuncium mihi ab homine fidei exploratæ significatum eò me oblectavit impensiùs, quòd sperem plurimum ponderis ad Catholicam ecclesiarum consensionem habiturum hoc factum, quando rituum vel copia vel diversitate apud *Saxonas* non pauci offenduntur hactenus, maximè cum non desint ubique artifices mirè ad calumniam omnia detorquendi et cavillandi: *Paulus Fagius Isnensis*[11] D. *Capitoni* piæ memoriæ successurus fertur tum in

[9] *Luther* écrivait, le 1er novembre 1542, au pasteur de Zwickau : « Existimo liberam esse *elevationem sacramenti,* semperque sic existimavi. Neque unquam tamen damnavi ecclesias *Saxoniæ* quas sciebam elevare... » Et, le 10 novembre, à Spalatin : « *De elevatione sacramenti* facias quod libuerit... Ego *in rebus istis neutris* nolo poni ullum laqueum » (Luthers Briefe, éd. de Wette, V, 504, 507), — déclarations équivalentes à celle-ci de *Calvin* : « Hæc indifferentia sunt et in libertate Ecclesiæ posita » (Voyez notre t. IV, p. 106, note 6).

[10] Ceux des documents contemporains que nous avons pu consulter ne fournissent aucun renseignement sur la destruction des autels à *Leipsic.*

[11] *Paul Fagius* (vulgò *Büchlin*) né à Saverne en 1504, ancien élève de Bucer et de Capiton, était déjà célèbre comme hébraïsant. Il exerça d'abord le ministère évangélique à *Isny* (Souabe), où la générosité d'un magistrat, *Pierre Buffler,* lui permit de fonder une imprimerie, destinée spécialement à la publication de livres hébraïques. Conrad Gesner (Bibl. univ.) en énumère sept ou huit que *Fagius* fit paraître de 1541 à 1542 avec la traduction latine. Lorsque celui-ci fut appelé par les Strasbourgeois, il était pasteur à *Constance,* où il venait de succéder à *Jean Zwick,* mort de la peste le 23 octobre 1542. Ce fut seulement en 1545 qu'il s'établit à Strasbourg (Voy. Röhrich, o. c. II, 33, 34).

ministerio ecclesiastico, tum Theologiæ professione, isque in horas expectatur. Hæc te scire volui. Quicquid erit te non celabo quem ex animo et verè colo et diligo. Dominus te servet cum uxore et symmistis, quos meo nomiñe amanter et diligenter salutabis. Salutant te *Contzen.*[*us*], *Beat.*[*us*], *Gryn.*[*æus*] et *Telamon*[12]. Vale. Bernæ, XXI. Octob. Anno M. D. XLII.

Tuus SULTZERUS.

1168

GUILLAUME FAREL à Jean Calvin, à Genève.

De Montigny, près de Metz[1], 22 octobre 1542.

MANQUE

On lit dans la *Vie de Farel* par Olivier Perrot : « Ceste mesme année [1542] *Farel* entreprint le voyage de *Metz* en *Lorraine,* pour y travailler en l'œuvre du Seigneur, qui desjà y estoit bien advancée. Ce fust sans doute sur quelque advis receu que son ministère y seroit fructueux comme en d'autres lieux. Et estant desiré des fidèles pour tel œuvre, mesme par le congé de son Église. Car avant ce, en l'année 1541, il avoit escrit aux Seigneurs de *Metz* en la faveur des fidèles, pour impétrer libre exercice de la religion[2] .....

[12] Voyez la note 13 du N° 1158.

[1] Voyez le N° 1164, fin des notes 22-23. C'est bien de *Montigny,* et non de Metz, que Farel écrivait alors. Paul Ferry, faisant l'inventaire des manuscrits qui lui avaient été confiés par les ministres neuchâtelois, a tracé la note suivante, § 405 : « Deux lettres latines de *Farel,* escrites *Montaniaci* le 22 octobre 1542 à Calvin, l'autre à ceux de Neufchastel le 23 octobre 1542, *Montaniaci,* à *Montigny* » (Communication obligeante de M. le bibliothécaire Henri Burtin).

[2] David Ancillon s'exprime comme il suit, dans la *Vie de Guillaume Farel* (Amsterdam, 1691, p. 210) : « Ce fut de Neufchastel, où Farel estoit le Ministre ordinaire, que dès l'an 1541 il escrivit au Magistrat de Metz en faveur des fidèles (ce sont les termes du *Journal*) pour obtenir pour eux le libre Exercice de la Religion. Ce fut au mois de Septembre, l'an 1542, que Farel arriva à Metz. » Ailleurs, p. 65, il mentionne « *le Journal* très exact *de Farel,* » et, aux pp. 98, 110, 202, il dit : « Les Mémoires de Farel..., le Journal de Farel que j'ay entre mes mains. » Or, les passages qu'il emprunte à ce prétendu Journal sont tout simplement tirés

« Il peut arriver là environ le mois de Septembre. Car estant à *Metz,* il escrivit lettre à *Calvin* du 22 Octobre 1542, en laquelle fait mention du zèle du peuple à l'aller ouïr prescher, d'un baptesme administré à une fille avec édification[3], des maux et travers que soustenoyent les fidèles, d'un cri public prohibitif d'aller ouyr *Farel* sous l'amende pécuniaire et converser avec luy, d'un Mandement de par *l'Empereur,* crié et affiché par artifices ès places publiques[4] et déchiré par des enfans, etc., d'un mécontentement que *le Comte Guillaume* tesmoignoit des retardements donnez à la Parole et fascheries causées aux fidèles. » (Manuscrit original, p. 67. Bibl. de MM. les pasteurs de Neuchâtel.)

1169

GUILLAUME FAREL aux Pasteurs de Neuchâtel.

De Montigny [1], près de Metz, 23 octobre 1542.

MANQUE

Immédiatement après les deux paragraphes que nous avons extraits de la *Vie de Farel* par Olivier Perrot (N° 1168), on

du manuscrit d'Olivier Perrot (cité plus haut), qu'il a pris pour un ouvrage du Réformateur lui-même.

J.-C. Füslin (Beyträge zur Erlaüterung der Kirchen-Reformations-Gesch. des Schweitzerlandes. Zürich, 1749, t. IV, p. XLVII) a copié et embelli l'erreur d'Ancillon, que le *Musæum Helveticum* (Turici, 1746-53, 7 vol., Particula XIV, p. 310-312) a signalée en 1749. L'éditeur de la *France protestante* (2me éd. VI, 390) s'est également trompé en confondant le prétendu « journal de Farel » avec « le livre de raison ou carnet sur lequel le Réformateur inscrivait les événements et les dépenses de chaque jour » (Voy. notre t. I, p. 179).

[3] Nous ne saurions dire si c'est le baptême dont parle Fathon dans sa lettre du 28 novembre (N° 1183, renv. de n. 12-13).

[4] Ancillon, op. cit., p. 65, affirme que la lettre de Farel du 22 octobre « fait mention... d'un *mandement prétendu* de l'Empereur affiché par artifice aux Carrefours des rues, et déchiré par les Enfans. » — Les magistrats de Metz auraient-ils osé se prévaloir d'un faux mandement impérial et le déclarer authentique (Voy. leur lettre du 11 octobre, N° 1165, n. 2, 4)? — Sleidan, II, 276, n'exprime aucun doute sur la réalité du susdit mandement.

trouve le suivant : « Du 23[2] dit mois [d'octobre], il escrit à ses frères, les Pasteurs de la Classe de Neufchastel, leur descrivant les grands dangers esquels se rencontroit, les priant de prier pour luy et les exhortant de courageusement poursuivre à tout ce qui restoit à faire, et dresser tout en bon ordre. »

1170

RENÉE DE FRANCE à Henri Bullinger, à Zurich.

De Ferrare, 24 octobre 1542.

Inédite. Copie contemporaine. Arch. de Berne.

(TRADUIT DE L'ALLEMAND.)

Vénérable Monsieur Bullinger,

Nous avons reçu par le porteur de cette lettre, M. *Celio Secundo*, votre missive et vos offres de service très amicales, ainsi que le superbe cadeau qu'il Nous a apporté en votre nom. Nous lui donnons à cette heure pour instruction de vous remercier grandement et de cœur, et de vous témoigner quel grand plaisir Nous ont fait éprouver votre cadeau et les nouvelles que vous Nous avez données par écrit. Il est également chargé de vous informer, de Notre part, d'autres choses, pour lesquelles Nous nous reposons sur sa bonne et suffisante judiciaire; aussi ne voulons-Nous pas vous arrêter davantage sur ce sujet[1].

[1] Voyez la note 1 du N° précédent.

[2] La date du *13 Octobre* indiquée par Ruchat, V, 211, est une faute d'impression. Tout ce qu'il dit de la lettre de Farel aux Ministres de la Classe de Neuchâtel, est en effet emprunté à la page 210 de l'ouvrage de David Ancillon, qui s'est borné à reproduire, mais avec d'autres termes, le résumé d'Olivier Perrot.

[1] Dans la lettre de Bullinger à Vadian du 19 décembre, que nous avons déjà citée, on lit au sujet du voyage de *Curione* en Italie :

« Post mensem redit e Lausanna *Cœlius*, Italiam denuò ingressurus, ut inde curet in Germaniam transportari uxorem ac liberos. Orat *Principi* scribam *Ferrariæ*, quæ *Ludovici*, regis Franciæ, filia est. Obsequor ac inhortor Principem ad pietatem, et ut pulsos propter Christum benignè foveat. Addo munus, *commentarios meos in Matthæum*, quibus acceptis

Seulement Nous vous dirons Notre cordiale prière et Notre sérieux désir que le susdit *Celio* soit recommandé à votre confiance comme une personne qui en est tout à fait digne, et à qui le Seigneur a départi en abondance de ses grâces et de ses dons. Il a une épouse et sept enfants, desquels il a laissé quatre ici, parce qu'il n'a pas osé les aventurer sur une lointaine route, dans un âge si faible et si tendre. Vous verrez les trois autres avec leur mère, si Dieu le permet [2].

C'est pourquoi Nous vous prions, par l'honneur de Celui qui nous a unis dans un même esprit, que vous leur soyez secourable en ce qui sera nécessaire et autant que cela vous sera possible par l'inspiration de Dieu; car Nous avons cette pleine confiance en vous, que vous ne négligerez rien de ce qui touche à la charité et à la compassion chrétiennes.

Nous vous offrons sérieusement que là où Nous pouvons faire preuve de Notre amitié et assistance à vous et à vos amis, Nous voulons être prête à vous servir. Nous n'avons plus rien à dire [3],

accingitur itineri ac abit.... Serò autem rediit *Cœlius* ex *Italia,* advehens secum uxorem et liberos, mira de persecutione Pontificis referens. Attulit quoque literas à Regina illa sive Principe, *Ferrariæ* scriptas ad me perhumaniter et summa cum pietate, quibus gratias agit pro munere, vicissim adhortans ad pietatem. »

[2] Les plus âgés des enfants de *Curione* étaient : *Violanthis,* née à Ceva le 8 novembre 1532, *Horace,* né à Casal, dans le Montferrat, en 1534, *Léon,* né à Sales (Milanais) le 13 janvier 1536, *Augustin,* né à Sales en 1538. Leur mère, *Margaretha Blanca Isacia,* appartenait à une famille noble de Milan.

Dans l'*Epistola* placée en tête de sa *Christianæ Religionis Institutio,* Curione s'adressant à ses fils Horace, Léon et Augustin, leur dit : « O dulcissimi mei filii, meæ (ut spero) senectutis tria lumina, ab eo tempore quo ingredi et fari cœpistis, nunquam destiti vestros teneros animos et annos ad virtutem informare, in rectam vitæ viam deducere, ac potissimùm optimis certissimisque nostræ... religionis sententiis imbuere.... Te primum alloquor, Horati, qui ut ætate, sic etiam honestarum rerum cognitione... fratribus tuis antecellis : meministi, credo, per quos quantosque labores et molestias, per quæ pericula, nimirum per saxa, per ignes, ut ille ait, non pauperiem fugientes, sed CHRISTUM sequentes, vos semper ego, et pia vestra mater, educaverimus... »

[3] Dans le texte allemand, qui doit avoir été traduit du français par *Rodolphe Gualther* : *Nitt mehr dann,* rien de plus, si ce n'est, etc. — comme on disait dans les lettres françaises : A tant (en ayant autant dit), je ferai fin, etc.

si ce n'est qu'il plaise à Dieu de vous maintenir dans sa grâce divine. Donné à Ferrare le 24me jour d'octobre, l'an 1542.

RENÉE DE FRANCE.

(Suscription :) A Monsieur H. Bullinger, antistès de l'Église. Zurich.

1474

JEAN CALVIN à Pierre Viret [1], à Lausanne.

De Genève (entre le 25 et le 28 octobre 1542.)

Copie contempor. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 111a. Henry, o. c. II. Appendice, p. 5. Calvini Opera, XI. 457.

Literæ tuæ, quibus rogabas ut *de bonis ecclesiasticis* aliquid conscriberem [2], mihi die lunæ [3] redditæ fuerunt, cum adhuc essem in nuptiarum reliquiis occupatus [4]. Quanquam illud à me [l. me à] scribendo minimè impediisset. Sed ab eo tempore nullum temporis momentum mihi vacuum fuit. *Pestis hîc quoque vehementior esse incipit.* Et pauci, quos attigerit, salvi evadunt. *Destinandus fuit unus ex nostro collegio qui ægrotis adesset.* Quia *Petrus* [5] *se obtulit*, facilè omnes passi sunt. *Si quid ei acci-*

[1] La copie faite par Ch. de Jonvilliers porte en tête : « Calvinus Vireto. » Pour la détermination de la date, voyez les notes 3, 4, 5, 11, 14.

[2] Depuis le 19 septembre (N° 1160) *Viret* avait écrit deux lettres à Calvin, pour requérir de lui un mémoire sur les biens ecclésiastiques.

[3] Ce « lundi » était certainement le lundi 23 octobre, jour où le Conseil de Genève prit deux décisions indiquées plus loin (renvois de note 5 et 11). Il ne peut être ici question du lundi 30 (note 14).

[4] Pour quelle raison *Calvin* aurait-il dû s'occuper spécialement de la noce de *Claude Franc*, célébrée le 24 septembre ou le 1er octobre (N° 1159, renv. de n. 3) ? Il s'agit ici de celle d'*Antoine Calvin*, qui venait d'épouser *Anne*, fille de *Nicolas le Fert* (N° 1187, n. 16).

[5] Le pasteur *Pierre Blanchet*, comme on le voit dans ces passages du Registre du Conseil : « Lundi 23 Octobre. Me *P. Blanchet*, ministre évangélicque. Lequelt d'ung grand cueur c'est offert d'aller à l'hospital pestilencial pour consoler les povres infect. Sur quoy résoluz qu'il soit accepté

derit, vereor ne mihi post eum sit periclitandum. Nam, ut dicis[6], *quia sumus singulis membris debitores, non possumus iis deesse qui præ aliis nostrum ministerium desiderant.* Neque tamen meum consilium est, ut, dum volumus parti consulere, ipsum ecclesiæ corpus deseramus. Sed quandiu sumus in hoc munere, non video quid prætexere nobis liceat, si periculi timore eos destituimus quibus maximè auxilio opus est. Quantùm ad vos pertinet, dixi tibi quid mihi videretur. Nunc quia vobis *ille* sublatus est[7], quærendus est alter, qui in ejus vicem substituatur. Si nemo reperietur, ineunda vobis est ratio, sed de communi consilio fratrum.

Bernardinus noster miris machinis impetitus est, ut nobis abduceretur[8]. *Constanter tamen perstat.* Et magna ex parte ansam præcidit Antichristo, ne posthac de eo solicitando cogitet. Scripsit enim volumen *concionum*[9], in cujus fine palàm profi-

et que il luy soyt provheu de toutes [choses] nécessayres... » — « Mercredi 25 Oct. Mᵉ *P. Blanchet,* de sa spontanée volunté est allé autjourduy en l'hospital pestilencial pour consoler et solager les povres infect de peste. »

[6] Dans l'une de ses deux lettres récentes (perdues pour nous), *Viret* parlait sans doute des progrès de *la peste à Lausanne,* et des mesures de préservation prises récemment par les magistrats lausannois.

[7] Ce n'est pas une allusion à *Béat Comte,* collègue de Viret, mais au diacre de Lausanne [*Vital Robert ?* N° 1121, n. 5], qui avait été enlevé par l'épidémie.

[8] Les agents de la cour de Rome essayèrent peut-être d'acheter *Ochino* ou de l'épouvanter. En tout cas, avant de recourir aux calomnies et aux libelles, ils employèrent d'abord « les merveilleux stratagèmes » dont parle Calvin.

Ochino, parti de Florence le 23 août (c'est la date vraisemblable donnée par son récent biographe), avait passé par Ferrare, Brescia, Chiavenna, le canton des Grisons et Zurich, et il était arrivé à *Genève* dans le courant de septembre. Ses *Sermons* y parurent le 10 octobre. Ce n'est que vers la fin du même mois qu'il put connaître les accusations et les reproches qu'on lui adressait d'Italie. Entre autres lettres qu'il reçut alors, il convient de mentionner celle du célèbre humaniste *Tolomei.* Elle est datée de Rome, le 20 octobre 1542 (Lettere di Claudio Tolomei. Vinegia, 1566, ff. 237-41. — Choix des cinq livres des Épistres argentées de Tolomei. Paris, 1572, p. 172-177). Voyez, sur les accusations des Italiens et sur les réponses d'Ochino, Maccree, o. c. p. 216-219. — F. Trechsel. Die protestantischen Antitrinitarier. Heidelberg, 1844, t. II, p. 202-205. — Benrath, o. c. p. 136-170.

[9] Intitulé : « Prediche di Bernardino Ochino da Siena. Si me perse-

tetur se nostrum prorsùs ac sine exceptione esse. *Multi Itali eum invisunt. Et jam duos alios concionatores habemus*[10]. Quicunque eum noverunt, existimant non parvam accessionem factam esse Christi regno in uno capite. Me interea, ut scias, minimè dormire oportuit. *Quò penitiùs hominem considero, eò pluris facio.* Sed fatetur se magnopere adjutum et sublevatum à me, quominus concuteretur. *Senatus* jam concessit, ut concionetur quoties visum fuerit[11]. Habemus hîc *Jullium Camillum,* cujus tam diuturna mora nobis nonnihil suspecta est[12]. Tametsi enim liberaliter ore jactat Evangelium, quia tamen aliquid clandestini consilii habet, quod etiam incognitum nobis displicet, eum meritò timemus. Sed bene habet, quòd *Bernardinus* sibi tanquam ab hoste cavet.

Verùm *jam ad illud tuum de bonis ecclesiasticis postulatum revertor.* Nam iterum mihi in memoriam revocas posterioribus

quuti sunt, et vos persequentur, sed Omnia vincit Veritas. 1542 die X. Octobris, » in-8° (Benrath, p. 375). La conclusion de ces Sermons est traduite à la p. 182 de la biographie précitée.

[10] L'un de ces prédicateurs s'appelait Frà *Girolamo da Melfi* (Benrath, o. c. p. 134).

[11] On lit dans le Registre du Conseil de Genève, au 23 octobre : « M. *Bernardine de Sesnaz* [l. *Siena*] lequelt est homme sçavant et desire presché publiquement la parolle de Dieu en langue italienne. Sur quoy résoluz qu'il luy soit baillé place de prescher à S.-Pierre en la chapelle du cardinal [de Brogny] pour ung peult de temps, et dempuys pourra estre mys à S.-Germain. Et semblablement pour aulmosne a esté advisé de doner *à ung sien compagnyon* six escus soley. »

[12] Voyez, sur *Julius Camillus*, le t. III, p. 312, note 25. Jean Sturm écrivait de Paris à Bucer, vers le milieu d'octobre 1533 : « *Julius Camillus*, qui jam per annos prope quadraginta λαῖῶρ ἔβίωσε, vir recondita eruditione, mirabili pietate, ex *Italia* a *Rege* magnis promissis et præmiis vocatus, te voluit per me suo nomine officiosissimè salutari... » (Gérard Roussel par C. Schmidt, p. 219).

Sturm ignorait que ce personnage était un habile charlatan. *Gyraldus* l'a qualifié sans ménagement dans son dialogue II, *de Poëtis* (Freytag, o. c. III, 132), et Gaillard (Hist. de François I, 1819, IV, 157) résume en ces termes la lettre d'*Alciat* du 3 septembre 1530 : « *Jules Camille* assura le roi qu'en un mois, avec une leçon d'une heure par jour, il le mettroit en état de parler grec comme Démosthène, latin comme Cicéron, et de faire des vers dans l'une et dans l'autre langue comme Homère et Virgile.... Il demandoit pour récompense deux mille écus de rente en bénéfices.... Le roi le renvoya aussitôt après la seconde leçon avec une gratification de six cents écus. »

tuis literis. Ego verò abs te peto, ut mihi ignoscas. Scis enim hujus quæstionis tractationem esse ejusmodi, quæ tempus, ocium, animi quietem, ac diligentiam non parvam requirat. Cum *Ratisponæ* essemus, commodavi meam operam *Bucero* in his colligendis quæ inter *acta comitiorum* edidit [13]. Sed quia obiter duntaxat illic quæstio ista attingitur, quod illic scriptum est vobis ad præsentem actionem [14] non sufficeret. Aliquantulum tamen sumi poterit. *Mihi* autem *bifariam videtur distribuenda causa: Primùm, ut dicatis hanc alienationem multis gravibus offendiculis causam fore. Deinde, ut demonstretis esse illicitam.*

Offendicula sunt in promptu. Quòd *Papistæ* passim Evangelium inde infamant. Idque facere cœperunt quo tempore non habebant tam speciosum prætextum. Antehac igitur calumniis usos fuisse : nunc justam accusandi rationem habituros, cum de direptione bonorum Ecclesiæ loquentur. Deinde, quòd *plebs* in tota provincia, quia palàm non audet, in angulis omnibus de eo conqueritur. *Ministri* autem nihil habent quod respondeant [15]. Nam cum adversùs Papæ et totius sacerdotii papistici sacrilegia clamitaverint, qua fronte defenderent venditionem quæ Ecclesiam prorsùs spoliet, ac nudam relinquat, cum fructuum abusum non tulerint ? Tertiò, quòd aliis Principibus dent pessimum exemplum. Illos enim plus satis cupidos esse, ut non aliunde occasionem habeant. Nunc si in hac parte peccent, partem culpæ dimidiam penes eos fore qui illis præierint. Quartò, eos nescire neque habere in sua manu, quales futuri sint *posteri*. Fieri posse ut, cum nihil Ecclesiæ reliquum fuerit, ea occasione relinquatur deserta et solitaria.

[13] Voyez, sur cet ouvrage de *Bucer*, notre t. VII, p. 217, note 3. Dans l'édition allemande qui fut achevée d'imprimer chez W. Rihel le 17 déc. 1541 (262 ff. petit in-4°), il est traité des *biens ecclésiastiques* aux ff. 114-116, — passage à comparer avec le t. V, p. 250, 251.

[14] Question très actuelle pour *la Classe de Lausanne ;* car elle devait s'en occuper le 1er novembre. *Calvin* était donc obligé, s'il voulait lui faire parvenir son mémoire en temps utile, de l'envoyer à *Viret* pour le dimanche 29 octobre, au plus tard. Il fallait bien laisser deux jours au doyen de la Classe, *François Martoret,* pasteur à *Verey*, pour rédiger le projet de requête à MM. de Berne (N° 1174). Aussi fixons-nous la date de la présente lettre entre le 25 et le 28.

[15-16] Les arguments indiqués ici par Calvin se retrouvent dans la requête de la Classe de Lausanne, mais présentés avec beaucoup de ménagements.

Quantùm ad illud *secundum caput* pertinet, tenes illud argumentum in quo præcipuus cardo vertitur : *Non esse magistratus quod Christo et Ecclesiæ semel fuerit consecratum.* Atque hîc commemoranda erit lex illa, et ratio vetus : qualiter dispensari hæc bona oporteat. Erit igitur in eo insistendum : Ecclesiæ fuisse dedicatum quod impii ventres occupaverant. Constare satis, quis sit legitimus usus bonorum Ecclesiæ [16]. Eum nunc sequendum esse. Alienationem anathemate non carere et maledictione : quia sacrum profanet.

Interea tollenda erit omnis suspicio, ne vos affectare hîc aliquid putent. Demonstrandum tamen erit, illam esse optimam reformationis regulam quam Josias rex præscripsit : ut magistratus inspectionem habeat : Diaconi administrent. Poteritis tamen testari vos contentos esse, ut magistratus plenum jus administrationis habeat : modò fideliter dispenset annuos reditus, et nihil ex fundo depereat [17].

Vides quàm confusè et tumultuariè pauca ista percurrerim. Verùm excusatione non utar : apud te præsertim, qui scis neque negligentia neque temeritate me, in tanta causa, effutire quod primùm in buccam venerit, sed necessitate coactum præcipitare quod libenter elaborarem, si plus esset ocii. Vale, optime et mihi chariss. frater. De propinquo *Corderii* videbimus. Fratres te salutant : *uxor mea* et tota domus. Iterum vale. Dominus te et alios bonos conservet. *Gaudeo plurimùm te in illam domum demigrasse. Quod nisi factum esset, conviciis te istinc, ubi eras, expulissem* [18]. Vale. Dominus te consilio spiritus sui semper regat, et te virtute sua protegat ex alto !

JOANNES CALVINUS tuus.

Vix scio quid scripserim, ita caligant oculi.

[17] C'est ce que la Classe n'osa pas demander à des maîtres aussi ombrageux que les seigneurs de Berne.

[18] Le logement de *Pierre Viret* se composait de deux ou trois cellules, dans la partie orientale de l'ancien couvent de St.-François. Il paraît que des difficultés imprévues surgirent, quand il crut pouvoir s'établir, en 1542, dans le logement plus commode qu'on lui avait promis. Ce fut seulement le 9 août 1544 qu'il écrivit à Calvin : « Migro in ædes de quibus hactenus tamdiu certatum est. » Nous avons lieu de croire qu'il voulait parler de la belle maison située au dessous de la cathédrale, et qui avait appartenu jadis au chanoine *Benoît de Pontareuse*, maison dans laquelle les magis-

1172

MARTIN BUCER à Jean Calvin, à Genève.

De Strasbourg, 28 octobre 1542.

Calvini Epistolæ et Resp. 1575, p. 42. Calv. Opp. XI, 456.

Gratiam et pacem ! *Quàm infœliciter sibi consuluerint Metenses*, cum regnum Christi, non nisi certi de brachio carnis admittere voluerunt [1], in dies gravioribus calamitatibus patefit [2]. Dominus corrigat quod à nobis peccatum est, et excitet regnum suum suo brachio ! *Colonia* moliebatur aliquid pro Christo [3] : id vereor ut nunc bello quod *Brabanti* intulerunt *Juliacensi* [4], etiam differatur. *Noster* quoque moliri cœpit aliquid ; sed adversarii, dum non valet id advertere, extrahunt etiam tempus quantùm possunt [5]. Utinam sentiremus et bona et mala nostra, et conspirantes ritè in Domino, veris supplicationibus incumberemus ! *Pœnitentia vera, etiam apud evangelicissimos, ignoratur.* Christus nos excitet et suo spiritu impleat !

Res nostræ hîc habent, ut solent, satis languidè pro donis

trats lausannois avaient installé le premier-pasteur *Pierre Caroli* (novembre 1536). Cette habitation solidement construite, spacieuse, haute de deux ou trois étages, flanquée de quatre tourelles rondes et élancées, était pourvue d'un beau jardin, qui faisait l'orgueil de l'ex-docteur de Sorbonne (IV, 109, 291). Elle a été visitée maintes fois par *Calvin* et habitée par *Viret* et par tous les premiers-pasteurs de Lausanne jusqu'à M. le doyen J.-Pierre-Louis Ricou. Après lui, dès 1839, la maison fut occupée par l'École supérieure des jeunes filles, dont Alexandre Vinet présidait le Comité-directeur. Cette École succédait à celle que Mme Anne-Marie de Molin-Huber avait fondée en 1837.

A notre époque, où les anciens souvenirs pèsent si peu dans la balance des intérêts, le vénérable édifice n'a pas semblé digne d'être conservé. Sa destruction est déjà décidée.

[1] A comparer avec le N° 1173, note 5, et le N° 1183, renvois de note 14-15.

[2] C'est une allusion à l'ordonnance de l'Empereur récemment publiée à Metz et aux procès qui en étaient résultés (N° 1165, n. 2, 4).

[3 et 5] Voyez le N° 1167, notes 4 et 8.

nobis collatis : orate pro nobis ut magis inardescamus. *Ludus literarius* non incommodè habet. Advenit ex *Italia* vir quidam Græcè, Hebraicè et Latinè admodum doctus, et in Scripturis fœliciter versatus, annos natus quadráginta quatuor, gravis moribus et judicio acri : *Petro Martyri* nomen est [6]. Præfuit Cano-

[4] *Guillaume, duc de Clèves,* devenu ennemi de l'Empereur par son alliance avec François I.

[6] *Pierre Martyr Vermigli* (1500-1562). Né à Florence d'une famille distinguée, il s'affilia, très jeune encore, aux chanoines réguliers de St. Augustin, à Fiesole, qui l'envoyèrent étudier dans les universités d'Italie, et, après son retour, le choisirent comme leur prédicateur public. Il fut successivement élu abbé de Spolète et prévôt du collège de St.-Pierre *ad Aram* dans la ville de Naples (1530). C'est là que l'étude attentive de la Bible et la lecture des livres de Zwingli, de Luther, de Bucer, etc., très répandus alors en Italie, ébranlèrent ses anciennes croyances. Écarté momentanément de la chaire, il n'en fut pas moins élu visiteur général de son Ordre, puis nommé prieur du couvent de St.-Fridiano à *Lucques*. Ses leçons aux jeunes religieux et ses prédications produisirent dans cette ville une profonde impression. Mais les Augustins, irrités des réformes qu'il leur imposait, intriguèrent contre lui et le firent citer à Gênes devant une assemblée de l'Ordre. Averti du piège qui lui était préparé, *Pierre Martyr* se retira à Pise, d'où il envoya sa démission aux conventuels de St.-Fridiano. Il se rendit ensuite à Florence et y rencontra *Ochino*, qu'il suivit de très près dans sa fuite. Ayant reçu à *Zurich* l'invitation de se rendre à *Strasbourg*, il arriva le 17 octobre 1542 chez *Bucer*, qui le fit élire professeur de théologie. Il adressa, le 25 décembre suivant, à l'église réformée de *Lucques* une lettre dans laquelle il justifiait sa sortie de l'Église romaine, et exhortait ses anciens auditeurs à persévérer dans la doctrine évangélique.

« *Pierre Martyr* possédait à un haut degré les heureuses qualités qui distinguent ses compatriotes, sans avoir les défauts qu'on leur a reprochés.... Sa piété et son savoir étaient relevés par sa modestie, par sa candeur, par l'affabilité de ses manières. Ses adversaires eux-mêmes rendirent hommage à ses talents ; et, plus tard, dans l'Église réformée, on s'accorda généralement à mettre ses ouvrages en première ligne après ceux de *Calvin*, sous le rapport de la sagesse et de la clarté » (Voyez Josias Simler. Oratio de vita et obitu P. M. Vermilii. Tiguri, 1563. — J.-J. Hottinger, III, 756. — Ruchat. V, 191-198. — Maceree, o. c. p. 130-35, 138-40, 213, 219-23, 427. — C. Schmidt. Peter Martyr Vermigli. Elberfeld, 1858).

[7] *Paolo Lacisio,* de Vérone, qui fut élu professeur de grec à Strasbourg. Les deux étudiants étaient *Theodosio Trebelliano* et *Julio Terentiano.* « Chacun sait (dit Simler, o. c.) que celui-ci resta fidèlement et constamment attaché à P. Martyr jusqu'à sa mort. »

nicis regularibus *Lucæ* : adduxit tres, unum Græcè doctissimum, reliquos duos juvenes studiosos [7]. Hîc laboravimus jam ne in tantis ecclesiæ nostræ opibus hi esuriant. Respice nos, Domine Jesu ! Hic te servet et tuos, et habete nostram ecclesiam, ut soletis, in vestris precibus commendatam. Vale. Argent. 28 Octob. 1542.

M. Bucerus.

1173

JEAN STURM à Jean Calvin, à Genève.

De Strasbourg, 29 octobre (1542).

Autographe. Bibl. de Gotha. Calv. Opp. XI, 460.

S. P. *Petrus, concionator noster* [1], valde angitur de ea pecunia quam tibi debet : cupit enim vehementer tibi persolvere. Certum debitum est, cum metuit debitor, et cupit, et cogitat. Promisi me intercessurum. Rogo ut adhuc aliquantulum temporis impetret : id quod te puto permissurum. Audio enim res tuas in bono esse statu, id quod, ut debeo, gaudeo. Quòd *uxor tua* convaluerit, lætor : quòd *filiolum* vivum non habes [2], tametsi doleo, tamen est aliquid quòd te virum esse declararis, et expectes alterum partum : quod mihi negatum hucusque fuit, tibi gratulor. Videor mihi videre *parvulum Calvinum* in ædibus tuis : quas tametsi non vidi, tamen formam earum animo complexus sum, ut etiam *filioli*. Uxorem meis verbis s.[aluta] diligenter.

[1] *Sturm,* qui était membre du Conseil de l'église française de Strasbourg (VI, 398), pouvait à double titre appeler *noster* le prédicateur de cette église, *Pierre Brulli* (VII, 196). Les fonctions de *Calvin,* comme professeur, avaient été confiées, au commencement de l'année 1542, à *Pierre Boquin* ou *Bouquin,* natif de la Saintonge, ancien prieur des Carmes de Bourges (Voy. J.-J. Hottinger, o. c. III, 749. — Röhrich, o. c. II, 69. — Haag. France prot. II, 400).

[2] *Le fils de Calvin* était mort vers la fin du mois de juillet, peu de jours après sa naissance.

Res religionis apud Mediomatrices inclinata est, ut cognosces, ut opinor, *ex literis Farelli* [3]. Plus sæpe in hac [vita] [4] proficitur agendo quàm sapiendo [5]. Deus adsit ei ecclesiæ ! Bene vale, mi Calvine. Argent. 29 Octob. (1542).

Tui studiosiss. J. Sturm.

(Inscriptio :) Optimo et doctissimo viro D. Joanni Calvino: primario fidelissimoque Genevensis ecclesiæ doctori.

1174

LA CLASSE DE LAUSANNE au Conseil de Berne [1].

De Vevey. 1er novembre 1542.

Inédite. Minute orig [2]. Communiquée par M. le colonel Henri Tronchin.

Magnifici Principes,

Intelleximus cum ex Decanis qui à vobis istuc accersiti fuere, tum ex literis quas dignati estis eis ad nos dare, quæ declaratio-

[3] Cette allusion aux deux lettres de *Farel* des 22 et 23 octobre, qui venaient d'arriver à Strasbourg, confirme la date que leur donnent Olivier Perrot et Paul Ferry (Nos 1168, 1169).

[4] Sturm voulait d'abord écrire *in hac humana vita* (ou *palæstra*), puis il a biffé *humana* et laissé subsister *in hac*.

[5] L'écrivain exprime le même avis que *Bucer* (N° 1172) : Au lieu d'agir, les Évangéliques de *Metz* ont jugé qu'il était plus prudent, plus sage, de temporiser encore jusqu'au jour où les princes protestants s'engageraient à soutenir effectivement leur cause.

[1] Ruchat (V, 220) et Hundeshagen, qui le traduit (o. c. p. 175), ont commis quelques erreurs, parce que n'ayant pas connu le texte de cette pièce, ils ont cru pouvoir en indiquer le contenu d'après la réponse des Bernois du 12 février 1543. Ainsi Ruchat affirme que « *la Classe de Lausanne* s'étant assemblée le 1er novembre, dressa un projet de divers règlements pour pousser plus loin la réformation... ; que, dans ce projet « les ministres de la dite Classe improuvaient en termes fort vifs la vente « que leurs Seigneurs faisaient des biens ecclésiastiques, traitant de sacrilèges et de Judas les détenteurs de ces sortes de biens. Ils demandaient « encore l'établissement de *la discipline ecclésiastique*, voulant remettre

nem extremæ vestræ sententiæ complectuntur, quid animi habeatis ad ea quæ in illis tractantur[3]. Unde nostri officii esse judicavimus, magnificentiæ vestræ, quantùm ea adtinet, rescribere[4] quod pro nostra virili putaremus vobis gratissimum fore : nulla tamen ratione derogando muneri quod Deus nobis credidit, et quod ab eo commissum agnoscimus, non autem ab hominibus, neque aliquatenus repugnando nostris conscientiis et officio.

Ni nobis jam satis persuasum esset, quàm benevolo animo et quanto zelo accensi sitis erga ecclesiam Dei, ut eam in sua libertate conservetis, et ministros Christi in ea dignitate qua Pastorum et Ministrorum Evangelicorum Princeps eos constituit, ut et vestris postremis literis[5] ampliùs testificati estis, potiùs quàm eam dura tyrannide opprimere, *ansam ac occasionem haberemus vos admonendi, non esse Principum qui in hoc sæculo agunt, quamlibet potentium aut cujuscunque conditionis, præscribere sola sua auctoritate Ministris, quæ docere debeant, neque Ecclesiæ quæ credere debeat et sequi, sed soli Deo per suam Ecclesiam juxta verbum ejus convocatam, atque ordinem ab eodem constitutum.* Nam quemadmodum Ministrorum tantùm non est Ecclesiam regere ac de doctrina ejus decernere pro suo nutu, quia debent potiùs ecclesiastico judicio subdi, in quo Magistratus etiam complectitur : ita *si Magistratus* itidem *sua auctoritate, citra Pastores et Ministros* eosque quibus præcipuum

« l'Église sur le pied du premier siècle, *l'excommunication,* l'autorité de « l'Église, *l'imposition des mains, l'emploi des diacres,* etc. »

On verra, au contraire, que la susdite requête présentait convenablement quelques observations au sujet du manifeste bernois du 15 août et de la vente des biens d'Église ; qu'elle ne réclamait ni l'imposition des mains, ni l'excommunication, ni la discipline ecclésiastique, mais seulement l'application des règlements confirmés par les Bernois eux-mêmes ; et que, si elle affirmait l'autorité du ministère évangélique, elle ne demandait, sur ce dernier point, aucune innovation (Voy. la note 12).

[2] Elle nous paraît de la main de *François Martoret,* doyen de la Classe, et elle porte de nombreuses ratures faites par lui-même.

[3] Allusion aux lettres de MM. de Berne du 15 et du 16 août (N°s 1147, 1148).

[4] Après *rescribere,* on lit les mots suivants, qui sont biffés : *quàm fieri posset gratissimè.*

[5] Nous n'avons rencontré aucune lettre de MM. de Berne adressée aux pasteurs du Pays romand entre le 29 août et le 1er novembre. Il s'agit probablement ici du manifeste du 15 août.

onus et cura animarum ac Ecclesiæ sunt concredita, *decernere vellet quod illi visum esset, deinde id observandum præcipere, alioqui Ministerium deponere*[6], *id non esset tyrannidem papisticam profligare, verùm illam mutare et à falsis pastoribus ad alios tyrannos traducere.* Verùm non possumus vos hujus jure accusare (tametsi non vocatis Ministris[7] constitueritis quod nobis mandatis : quod tamen videri posset factum præter ordinem Ecclesiasticum qui omnibus sæculis in ecclesia Dei observatus est, quamdiu hæc aliquam Ecclesiæ speciem retulit), expensis causis ac rationibus quæ vos ad id impulerunt, quodque minimè statueretis nobis auferre purè docendi libertatem ea quæ sacris literis comprehenduntur.

Itaque vobis respondemus, *nos haudquaquam recusare conditionem quam nobis obtulistis, nec quempiam nostrûm esse qui aliter docuerit, et qui docere decreverit quod non sit ad Ecclesiæ ædificationem.* Minimè intelligentes quòd hac ratione velitis adstringere spiritum Domini, quominus semper liceat ei cui Dominus quicquam revelarit, id Ecclesiæ proponere ; sed ea lege, ut *nullus audeat novum aliquod dogma Ecclesiæ obtrudere citra ejusdem judicium et consensum*[8]. Ac veluti, Magnifici Principes, ad id adstringi volumus, vos etiam oramus, quandoquidem offendicula et turbæ à *vestris Ministris* emanarunt[9], ut nichilo magis liceat eis quicquam innovare in vestra ecclesia, non observato decenter ordine, cui et nosmet subjicimus, ad tuendam mutuam inter nos et illos et in tota ecclesia Christi pacem et concordiam, sine qua hæc esse non potest Ecclesia, et ad occurrendum tumultibus, scandalis et gravissimis malis quæ inde enasci possent. Et ut faciliùs nos ipsos contineamus in consensu doctrinæ Evangelicæ et in syncera pace et amicitia mutua, *dignetur vestra magnificentia nobis concedere quotannis*

[6] Cette menace existe, en effet, dans le manifeste prémentionné (page 101, lignes 15-17).

[7] Le 16 août, MM. de Berne avaient convoqué pour le 27 du même mois *les doyens* des Classes romandes, mais en leur laissant seulement six ou sept jours pour consulter *les ministres* de leur ressort.

[8] Cette loi existait déjà au mois d'octobre ou de novembre 1536 (IV, 188, renv. de n. 5).

[9] Les Bernois avouaient dans leur manifeste du 15 août que les troubles ecclésiastiques avaient commencé à Berne même, parmi leurs ministres.

aut secundo quoque anno, præter annua capitula, vel illorum loco, *Synodos aliquas generales*[10], *ut olim habebamus, et quemadmodum pollicemini in statutis vestris synodalibus, typis excusis*[11] : in quibus de doctrina inquiratur ac eadem tractetur non perfunctoriè atque obiter, ut ferè fit ; sed cum omni diligentia ac timore Dei, consyderantes mala ac scandala quæ in Ecclesiam irruerunt, quòd privati simus hujuscemodi disciplina[12], quodque neglecti sint cœtus ac concilia doctrinæ Christianæ.

Insuper, Venerandi Domini, *supplices oramus ex animo, ut velitis in meliorem partem interpretari quod vobis scribimus de venditione bonorum Ecclesiæ quæ hoc tempore fit in ditione recens parta*[13], cujus vos Deus constituit Principes, protectores et patres ad instaurandam et conservandam Ecclesiam suam, et quicquid illius est, atque illam integram conservare, ne dissipetur ac ruat prorsùs per falsos pastores ac tyrannos tam corporum quàm animarum. Quod de hac re vobis scribimus non hinc emanat quòd erga vos malè simus affecti, aut quòd vana quapiam moveamur curiositate in iis quorum nostra nichil omnino refert. Si res nichil prorsùs conscientias nostras remorderet,

[10] Martoret avait d'abord écrit : *synodum aliquam generalem.*

[11] Les pétitionnaires entendent *les Actes du synode de Berne,* tenu du 9 au 14 janvier 1532 (t. II, p. 395). Imprimés d'abord à Bâle en allemand, puis bientôt après en latin, ils ont paru de nouveau à Berne par les soins du professeur Christophe Luthard, qui les a placés à la fin de son livre intitulé : « Disputationis Bernensis.... explicatio, 1660, » in-fol. On les trouve en français dans l'ouvrage de Ruchat, t. III, pp. 438-527. MM. de Berne leur avaient donné force de lois par un édit du 14 janvier 1532, édit qui ordonnait de les lire « dans les synodes suivants, qui se tiendront *annuellement* au 1er mai ou environ. »

[12] De toute la lettre c'est la seule phrase où figure le mot *disciplina,* et encore s'agit-il ici de la discipline que prescrivaient les règlements synodaux de 1532. De *l'excommunication* et de l'emploi des *diacres,* pas un mot. On ne pourrait du reste supposer que la Classe de Lausanne modifia la rédaction de *Martoret,* soit en lui donnant un ton plus agressif, soit en y ajoutant d'autres réclamations. (Voyez, dans la lettre de Calvin à Viret écrite vers le 8 décembre, la note 11, relative au paragraphe commençant par ces mots : « *Literæ* [*restræ*] summa moderatione scriptæ sunt. »)

[13-14 et 17] Voyez, sur *la vente des biens ecclésiastiques,* les deux lettres de Calvin, Nos 1163, renvoi de note 8, et 1171, 3me alinéa. — Ruchat, IV, 531-36.

faciliùs ac securiùs taceremus ac dissimularemus, quàm diceremus id ad quod veritas nos impellit. Nam *si habeamur Ministri Jesu Christi,* ut sumus, et opinamur nos à vobis tales judicari, *nullus inficiari possit quin ea nos aliqua ratione adtineant, quorum omnibus sæculis Apostoli et veri Pastores ac Ministri Evangelici curam gessere*[14] : nisi quis negare velit aut illos aut nos non esse Jesu Christi ministros.

Et quando nichil aliud nos moveret quàm *jusjurandum quod vestræ dominationi præstitimus*[15], non possemus tamen jure tacere, quin vos commonefaceremus eorum quæ honorem vestrum et utilitatem concernunt, præsertim ubi honor Dei ledi potest aut imminui, — ni meritò judicari velimus ac haberi pro adulatoribus, perjuris ac proditoribus Dei et Ecclesiæ suæ ac vestræ Magnificentiæ, qui ejus estis servi ac ministri. *Jam* verò *satis compertum est ex hujusmodi venditione ac alienatione bonorum et possessionum Ecclesiasticarum, et earumdem administratione, magna ac horrenda scandala esse exorta, non solùm in hac regione, verùm etiam per universum orbem ubi Christus nominatur,* ut nesciamus quorsum sit nobis potiùs inclinandum[16], quidque respondere valeamus querelis, accusationibus et objectionibus quas nobis quotidie et boni et mali intentant, neque qua ratione possimus rem excusare coram Deo et hominibus. Eramus jam antea admodum impediti quî responderemus querimoniis quæ de abusu qui in administratione et dispensatione eorundem committebatur, subinde fiebant : quo fit ut vobis cogitandum relinquamus quid afferre queamus, cum jam videantur prorsùs vendi ac distrahi in potestatem alienam[17]. *Quid de vobis, qui hæc agitis, et nobis, qui tacemus, opinari possint tum boni tum mali ; quidque possit promovere nostra predicatio, quæ jam apud complures habebatur ludibrio, qui nunc oblatam habebunt occasionem quam venabantur longè commodiorem ad calumniandum ac detrectandum vestris excellentiis ac nostro ministerio, quàm unquam antea ?*

Non ambigimus quin id sano consilio ac deliberatione matura tentetis, quodque non sine ratione ad id consilii inducti sitis,

[15] On trouvera dans le t. IV, p. 411, et dans Ruchat, IV, 417, quelques détails sur le serment prêté à MM. de Berne par les pasteurs.

[16] Première rédaction : quorsum sit nobis tendendum, in quam partem potiùs, etc.

nequaquam prætendentes manus vestras sacrilegio fœdare, vobis adscribendo quod Jesu Christi est et suorum membrorum[18]. Interim tamen nichilominus perseverat scandalum, nec comminisci possumus rationem idoneam ad satisfaciendum nostris conscientiis ac cæterorum. Nam *invenire non possumus neque in divinis neque humanis legibus id licere eo pacto quo videmus tractari in præsentia, ni aliter instruamur*, quemadmodum nos sumus parati vobis fusiùs demonstrare, cum visum erit Magnificentiæ vestræ, vel libro super hoc argumento composito[19], qui explicitè continebit argumenta et rationes tam ex legibus divinis quàm humanis excerptas : quæ tam fortes erunt, ut non dubitemus eas facilè persuasuras quibusvis animis bonis ac Christianis quod allaturi sumus.

Itaque, metuendi ac Magnifici Domini, oramus vos per nomen Jesu Christi, cujus nomen geritis, ut diligenter expendatis quod vobis proponimus; nec putetis nos curare quod nostra nichil refert, si modò nos tanquam Ministros Jesu Christi habeatis. Sed *cogitate* potiùs *cui et vos et nos serviamus, cuique erit reddenda ratio nostri officii ac administrationis, quid oneris nobis commissum sit, quid Jesu Christo debeatis ac ejus Ecclesiæ, et, ejus causa, ministris ejus, ac omnibus ejusdem membris,* atque in qua perplexitate ac anxietate essetis vos, si videretis ac audiretis quæ vide[mus] ac audimus singulis horis, vobis absentibus[20], tametsi vobis presentibus quidam egregiè dissimulent, utque ita ecclesiæ Jesu Christi prospiciatis, quò et vos et nos reddere rationem in conspectu magni Judicis vivorum et mortuorum valeamus, ac satisfacere conscientiis bonorum ac os occludere calumniatoribus, nec ullam eis ansam Evangelio Jesu Christi maledicendi præbere. Gratia Domini vobiscum ! Viviaci, ex nostra congregatione. 1. Novembris 1542.

Vestri obsequentissimi servi ac subditi

Franciscus Martoræus, decanus,
Johannes Tornacensis,
Johannes a Grue,
Johannes Rebittus,
et Petrus Viretus, Jurati, nomine totius Classis[21].

[18] C'était dire très diplomatiquement ce que le mémoire de *Calvin*

1475

BARTAUDIÈRE[1] à d'Espeville [Jean Calvin, à Genève.]

De Ferrare[2], 4 novembre 1542.

Autographe. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 109. Calv. Opp. XI. 461.

S. P. Reddita mihi est epistola tua, qua quoniam mihi laborare videbaris, ne parùm à nobis diligens scribendo putarere,

disait sans ambages : « Alienationem anathemate non carere et maledictione, quia sacrum profanet. »

[19] Le *livre* en question fut effectivement composé (Voy. le N° 1204), mais il ne paraît pas avoir été conservé.

[20] Il eût été imprudent de reproduire ces expressions de *Calvin* : « Plebs in tota provincia, quia palàm non audet, in angulis omnibus de eo conqueritur » (p. 166, lign. 21-23).

[21] *Jean de Tournay* était pasteur à Aigle ; *Jean le Grus*, à Montreux ; *Jean Rebit* ou *Ribit* enseignait le grec à l'académie de Lausanne. Les quatre derniers noms ont été écrits par le rédacteur de la minute.

[1] De la présente lettre on peut inférer que *Bartaudière* connaissait *Calvin* personnellement et qu'il soutenait avec lui des relations très amicales, cimentées par cette confiance mutuelle qui naît de la fraternité religieuse. Nous désirions en savoir davantage ; mais nos recherches étaient encore sans résultat, lorsque nous eûmes le plaisir de recevoir la visite de M. Benjamin Fillon, de Fontenay-le-Comte, savant très distingué, à la mémoire duquel nous payons tardivement un juste tribut de reconnaissance et de regrets. M. Fillon, auteur de plusieurs ouvrages relatifs au Poitou et à la Vendée, nous renseigna immédiatement au sujet de *Bartaudière* en écrivant la note que voici : « *Mauclerc* ou *Prévost* [sieur] de *la Bertaudière*, paroisse de St. Philbert-de-Pont-Charrault, près Chantonnay *, était à *Ferrare* en même temps que Michelle de Saubonne et Boussiron, sieur de Grand-Ry. »

Après un témoignage si autorisé, l'enquête nous semblait dûment terminée ; mais il faut la recommencer aujourd'hui. Nous avons lu, en effet, tout récemment dans l'*Histoire des Martyrs* (éd. de Toulouse, 1889, t. III, p. 551) une note empruntée à l'étude de M. Jules Bonnet sur la *Disgrâce*

* A 8 l. environ de Fontenay-le-Comte (Vendée). Il y a une autre *Bertaudière*, située dans la commune de Morand, canton Château-Renault (Indre-et-Loire).

operepretium judicavi, ut per me certior fieres, quicquid à te proficiscitur tam hîc esse gratum quàm quod gratissimum. *Delectamur* enim *cum recordatione tui, tum maximè tuis literis, ut nihil dubitandum tibi sit, habere te neminem cui quàm nobis sint hæc officia tua cariora.* Sed tamen tu quia haud sæpe fortassis habes cui ad nos epistolam rectè dare possis, et es negociis semper plurimis impeditus, nolumus hac literarum ambitione tuarum, officium tuum conturbare. Te nihilominus etiam atque etiam rogo (quod facere tuo commodo possis) ne justam occasionem ullam scribendi prætermittas.

Cælius ἀνελπίςως periclitatus [3], singulari tandem Dei beneficio servatus, *ad vos provinciam obiturus jam redit* [4] : cui ne quid deesset, quominus et honestè, et commodè se reciperet, operam pro nostra facultate dedimus. *D. verò Bern*[i]. [*l. Bernardini* [5]] *nobis integritas ex multo jam tempore, et usu familiari perspecta ac probè judicata est. De quo tamen varius est hîc hominum sermo. Hoc, quicquid est, multorum solicitat animos. Mihi autem non fit verisimile, hominem gravem, et eum senem, adductum potiùs esse desperatione rerum omnium, quàm cogitato consilio, ut profectionem* [6] *in tanta hominum admiratione ac vulgi rumore meditaretur.*

de M. et de Mme *de Pons* (Bulletin du Prot. franç., année 1880, p. 6), où nous apprenons que l'aumônier de la duchesse de Ferrare, *François Richardot,* était « sieur de *la Bartaudière.* » Mais malgré l'autorité du savant biographe de *Renée de France,* nous ne pouvons admettre que *Bartaudière* (ou *la Bertaudière* *) et *François Richardot* soient une seule et même personne (Voyez la note 17).

[2] La date porte *Bono.*[*niæ*], c'est-à-dire *Bologne.* Cette ville renfermait déjà des « fauteurs de *Luther,* » comme l'indique l'opuscule intitulé : « Apologia | Fratris Ioannis Ma | riæ Verrati Ferrariensis Carmelitæ, | Ad Illustrissimum, & inuictiss. Princi | pem Herculem eccellentissi- | mum Ferrariæ | ducem. | M. D. XXXVIII. » 39 ff. petit in-8°. A la fin : « Bononiæ per Vincentium Bonardum Parmensem, & Marcum Antonium Carpen. Anno salutis. M. D. XXXVIII. Mense Octobris. » Mais tout annonce néanmoins que La Bertaudière a écrit sa lettre à *Ferrare* même, et au milieu de l'entourage de la duchesse Renée.

[3] Voir le N° 1177, note 2.

[4] *Curione* était reparti de Ferrare le 24 octobre (N° 1170).

[5-6] *Bernardino Ochino* (N° 1163, note 14).

* Ce changement de forme du nom primitif n'a rien de surprenant.

Virum hunc bonum, qui à vobis ad nos est profectus, multis nominibus, sed tua etiam commendatione, imprimis autem quia *frater* est [7], complexi sumus. Quem non tantùm juvare, sed rebus omnibus ornare cupiebamus. At nulla id ratione perfici potuit, cujus huc ipse se causa contulerat : quod facilè judicabit, cuicunque notæ *princi.[pis] nostræ* [8] rationes erunt : neque verò id ex re hominis esse potuisset. Quod ipsi etiam nullo monitore judicare *isthic* licebat. Hujus itaque rei impetrandæ, quia nulla aut expedita aut tuta ratio potuit haberi, conatum *Ambrosius* [9] et ego nostrum omnem in hoc meditati sumus, ut honesto aliquo dono aliquantulùm auctus, ad vos rediret. Sed *neque fuit hæc hominis calamitosi et fortunis omnibus ejecti, jurandi satis exprompta ratio.* Rogas quamobrem ? *Tanta est hominum hac de causa laborantium copia, quorum omnis huc inopia et calamitas commeare solet, ut mirer sæpenumero principis liberalitatem non fatigari.* Hujus autem rei testimonium in *Cælio* erit illustre [10]. Rogantibus itaque nobis, et obnixè pro homine postulantibus, « sui sibi tandem habendam rationem » respondit ; « imparem se tam multis sumtibus, vixque excessisse biduum cum uni x [11], alteri xx numerarentur. » Et id certè verum. *Huic* igitur confecimus quantùm maximè licuit, et id quidem quo est à nobis animo datum, eo ab ipso, qua est facilitate, est acceptum. Cæterùm, si qui *isthic* erunt valdè inopes, effice potiùs ut nos per literas certiores faciant, quàm ut tantis cum incommodis huc

[7] Nous doutons fort qu'on puisse identifier ce personnage avec *Jean Bérauld*, qui arrivait d'Italie à *Tirano*, le 8 novembre, et de là se rendait à *Berne* (N° 1177).

[8] *Renée de France*, duchesse de Ferrare.

[9] Peut-être *Ambroys de Chareigne*, l'un des clercs de chapelle de la duchesse Renée (Voy. O. Douen, Clément Marot, I, 172). Il devait être sous les ordres de l'aumônier *Richardot*. C'est un indice qu'on invoquera peut-être pour attribuer à celui-ci la présente lettre ; mais plusieurs considérations militent en faveur de la thèse contraire (Voyez n. 17).

[10] C'était grâce à la générosité de *Renée* que *S. Celio Curione* avait pu faire face aux dépenses de ses deux voyages précédents. Le troisième devait être plus coûteux encore, puisque sa femme et trois de ses enfants étaient partis de *Lucques* pour le suivre jusqu'à *Lausanne* (N° 1170, renv. de n. 2).

[11] Il faut sous-entendre *scuta*. Avant le chiffre romain x, l'écrivain a biffé le mot *decem*.

properent. Nos quantùm studio, officio ac opera præstari possit, tuis literis moniti statim perficiemus.

Te *princ.*[*eps*], *D. Pont.*[*anus*] [12], maritus *Sinapius* et *uxor* [13], quæ gestat uterum, *Ambr.*[*osius*], idem tuus idem meus, cæterique omnes officiosè resalutant. Rogantque sui ut memineris ἐν τῇ προσευχῇ, maximè verò *Prin.*[*ceps*] et *Pon*^{na} [14], quæ *Bar*^{o} [15], ut suo nomine ac D. *Magr*^{to} [16] salutem dicas, te obsecrant : quod et nos facimus. Ab humore melancholico molestè *D. Pont*^{na} sæpius ægrotat, cujus morbi depellendi in Christo spes omnis est. Tu et qui tecum sunt boni viri Patrem orate pro ea. Vale, frater in Christo dilecte. Bono.[niæ] pridie non. Novemb. 1542.

Tuus modis omnibus fr. BARTAUDIERE [17].

(Inscriptio :) A Monsieur Monsieur d'Espeville.

[12] *Antoine de Pons,* comte de Marennes, baron d'Oléron et chevalier d'honneur de la duchesse de Ferrare (Voy. Haag. France prot., VIII, 287).

[13] *Jean Sinapius* et sa femme, née *Françoise Boussiron de Grand-Ry* (Voy. les Indices des tomes IV-VII, et Douen, o. c., I, 171, 173, 174).

[14] Lisez *Pontana* (Madame de Pons). *Anne,* fille aînée de Jean Parthenay-Larchevêque, seigneur de Soubise, et de Michelle de Saubonne, avait épousé en 1533 Antoine de Pons (Voyez notre t. VII, p. 508. — Haag, o. c. VI, 339, 340. — Le Bulletin cité, t. XXI, p. 163, 164 ; XXXIX, 169, 170, 301. — Douen, o. c. I, 172, 176-178. — Œuvres de Clément Marot, éd. Guiffrey, II, 212, 213).

[15] *Bar*^{o}, au lieu de *Ber*^{o}, abréviation de *Bernardino* (Ochino), serait une erreur de plume. Mais si l'écrivain a voulu abréger le mot *Bartholomæo,* nous ne saurions dire quelle est la personne visée. Serait-ce le troisième prédicateur de l'église italienne de *Genève* (N° 1171, renv. de n. 10) ?

[16] Ce mot ne peut représenter un prénom quelconque. Désignerait-il *Laurent Maigret,* le Magnifique, ce Français réfugié et pensionné à *Genève ?*

[17] Il est possible que M. Jules Bonnet, en lisant cette signature, ait pris *fr.* (frater) pour l'abréviation de *franciscus.* De là à supposer que *François Bartaudière* était le nom nobiliaire de *Richardot,* il n'y avait pas loin. La *Biographie universelle* de Michaud dit, il est vrai, que ce dernier appartenait à une famille noble de la Franche-Comté : mais dans toute cette province on ne trouvera pas un village, pas un hameau, pas même une grange qui s'appelle *la Bertaudière.* Gilbert Cousin, de Nozeroy, compatriote, client et ami de François Richardot et de son frère Pierre, parle d'eux plus d'une fois avec grand éloge, dans la *Descriptio* de sa province natale (imprimée entre 1550 et 1554), mais sans leur donner un titre nobiliaire ; et cependant il accorde cette gracieuseté à beaucoup d'autres Francs-Comtois. Les Papiers d'État de Granvelle, Gollut (Mémoires

1176

LES PRINCES PROTESTANTS au Duc de Lorraine.

(De Wittemberg) 7 novembre 1542.

Melanthonis Epistolæ [1], ed. Bretschneider, IV, 892.

S. D. Illustrissime Princeps et consanguinee dilecte!

Etsi non ignoramus, apud exteras nationes interdum de nobis judicari duriùs, propterea quòd iis qui Ecclesiasticos abusus pio

hist. de la Répub. séquanoise. Dôle, 1592), Aubert le Mire (Diplomatum belgicorum collectio, ed. 2da, Bruxellis, 1723-48, II, 1066, 1356 ; III, 466), Valère André (Biblioth. Belgica, p. 239) gardent également le silence sur la seigneurie de l'aumônier de Ferrare et sur la noblesse de son neveu.

« Rien de plus sévère (dit M. Jules Bonnet) que le jugement de *Calvin* sur *Richardot*, et rien de plus vif que le portrait qu'il en a tracé... * *Curione* qui ne fit que traverser la cour de Ferrare en 1542, et qui fait l'éloge de Richardot dans une lettre à Calvin [7 septembre, même année], le connaissait-il mieux que ce dernier qui depuis longtemps avait percé à jour son astuce ? » Et plus loin, à propos des manières doucereuses dont Richardot, devenu évêque d'Arras, usait envers les prisonniers évangéliques **, — M. Bonnet ajoute : « On voit que l'ancien chapelain de *Renée*, devenu persécuteur de ceux dont il avait autrefois paru partager la croyance, n'avait rien perdu des « fassons blandissantes » qu'il déployait à la cour de Ferrare. Elles purent tromper *Curione*, mais *Calvin* n'en fut jamais dupe » (Bulletin cité, année 1887, p. 39-41).

Et ce serait à *Richardot* que le Réformateur aurait recommandé « le frère » qui allait chercher une place à la cour de Ferrare ? Et, au lieu de réclamer pour celui-ci les bons offices de ses vrais amis, *Jean Sinapius*, M. et Mme *de Pons*, etc., il se serait adressé au personnage qu'il estimait le moins ? La judiciaire si pénétrante de M. J. Bonnet ne s'est-elle pas abusée en cette occasion ?

On remarquera que le correspondant de Calvin s'exprime avec une franchise, une cordialité de ton et une familiarité de style qui font trouver très naturels ces mots : « Tuus modis omnibus frater, » qui précèdent la signature. Tout hypocrite qu'il était, *Richardot* aurait-il osé se qualifier ainsi ?

* Voyez sa lettre à Renée de France, oct. ou nov. 1541, VII, 311.

** Histoire des Martyrs, année 1568, éd. cit., t. III, p. 551 et suiv.

studio et veris rationibus taxarunt, non adversati sumus, tamen cum sciamus, D.[ominationem] T.[uam] singulari prudentia et gravitate præditam esse, arbitramur eam de nobis quidem judicium adhuc suspendere, donec hæ controversiæ aliquando legitima ratione audiantur et cognoscantur, præsertim cum manifestum sit, multos esse veteres morbos Ecclesiæ, de quibus necesse est tandem pios gubernatores populi Christiani deliberare. Verè enim hoc affirmare possumus, nos ex animo semper optasse, ut piè cognitis rebus gloria Dei illustraretur, saluti hominum consuleretur, et communis concordia et Ecclesiæ pax conservaretur. Nam cum hæc professio nobis ingentia pericula, labores, sumptus adferat, non est existimandum, nos privata cupiditate huic negotio favere. Non enim ob alias causas abusus corrigi permisimus, nisi propter gloriam Dei et Ecclesiæ salutem. Quare cum cognitionem Ecclesiæ semper flagitaverimus, nequaquam accusari possumus tanquam sejuncti ab Ecclesia. Et omnes sapientes Principes ubique oramus, ne quid de nobis secùs statuant sine cognitione quæ decet Dei ecclesiam.

Hæc petitio cum sit æquissima, impetrabimus a D. T., ne gravatim has nostras literas accipiat, quas *de tranquillitate civitatis Metensis* scribendas esse duximus. *Cum* enim *nuper eò legatos nostros misissemus*[2], nullius privatæ utilitatis causa, sed tantùm ut cives ad concordiam hortaremur, et viam ostenderemus piam et salutarem, *intelleximus, quosdam inimicos iis qui doctrinam puriorem expetunt, moliri ut ad sua odia adjungant D. T., et auxilio D. T. perterrefaciant aut opprimant honestos homines, nobiles et plebeios, qui et sunt tranquilli et fideles in omnibus civilibus officiis præstandis, nec aliud petunt, nisi ut habeant in aliquibus ecclesiis doctrinam purum et usum sacramentorum sincerum.* Scimus autem, D. T. naturæ bonitate et voluntate ab injusta asperitate abhorrere. Sed tamen calum-

[1] Mélanchthon écrivait à Joach. Camerarius, le 18 novembre 1542 : « Mitto... aliam nostram Epistolam ad *Lotharingum* nomine Principum scriptam. » La présente lettre avait déjà paru dans l'édition princeps de la *Vita Melanchthonis* composée par Camerarius, et elle a été réimprimée par Strœbel, o. c. p. 448, et par Hummel en 1778. Au lieu du titre honorifique D. T. donné ici au duc *Antoine de Lorraine*, le texte de Strœbel porte : *Claritudo Vestra*, et celui de Hummel *Caritas Vestra*.

[2] Allusion à l'ambassade protestante qui était arrivée à *Metz* le 28 septembre 1542 (N° 1164, notes 22-23).

niosis delationibus interdum optimi et mitissimi gubernatores incenduntur, ut non suæ moderationi sed alienis affectibus morem gerant. *Promittunt cives Metenses pro quibus scribimus, se in omnibus civilibus officiis omnia obedienter facturos, se nulla in re paci communi defuturos; tantùm suas ecclesias rectè constitui volunt.* Id si impedietur, primùm gloria Dei læditur, deinde multa animarum et civitatis pericula sequuntur.

Postquam sparsa est aliqua Evangelii lux, multos abusus, jam intelligit populus. Hos si cogitur observare contra conscientiam, excutitur eis vera invocatio Dei. Nam cum perturbatio hæret in conscientia, quæ deponi non potest, fugit mens, non invocat Deum. Quid est autem tristius et detestabilius, quàm impedire veram invocationem Dei? Accidit etiam interdum, ut in tali perturbatione animorum concipiantur vel ab *erronibus* audiantur *falsæ opiniones,* ubi desunt boni concionatores, qui publicè doceant. Nocent autem pravæ opiniones et animabus et paci publicæ. È contrà verò *pia et salutaris doctrina etiam pacem civitatum munit. Constat enim doctrinam de omnibus civilibus officiis in hac ipsa luce Evangelii magis illustratam esse quàm antea unquam.* Et quanquam optandum est, omnes vera invocatione et piis moribus Deum colere, tamen *hi qui doctrinam puriorem expetunt, non sunt impedituri ceremonias cæterorum qui secùs sentiunt*[3]. *Vicissim æquum est, non labefactari conscientias horum qui abusus intelligunt et vitare cupiunt. Rogamus igitur D. T. et amanter et diligenter, ne se incitari sinat contra partem civitatis quæ ecclesias rectè constitui cupit, nec adjuvet iracundiam eorum qui civilem sanguinem haurire cupiunt.* Nam hæc causa, qualiscunque videtur, certè non potest nec debet promiscuis et mutuis civium cædibus dijudicari. Nec verò dubitamus quin D. T., pro sua virtute digna principe bono, maximè detestetur civilem crudelitatem, et velit vicinam civitatem tranquillam esse. *Sic* autem *retineri tranquillitas potest, si neutra pars alteram vi impediat*[4]. Hæc mutua moderatio maximeque civilis multis civitatibus in *Germania* salutaris fuit, in quibus paullatim, veritate clariùs illucescente, et dissensio

[3-4] C'était là un engagement pris au nom des Évangéliques de Metz. Mais les Princes entendaient bien que les Catholiques de cette ville prissent un engagement tout semblable.

mitigata est, et sanatæ sunt voluntates. In his locis si violenta consilia initio tentata essent, omnia funditus periissent. Semper enim in civium dissensionibus magis salutaria fuerunt mitia consilia quàm violenta. Quare D. T. pro sua bonitate ac sapientia annitatur, ut tali moderatione consulatur saluti *civitatis Metensis*. Hæc ut scriberemus ad D. T. non privato affectu, sed honestissimis et publicis causis adducti sumus, ut honesti et innocentes homines, quorum multi propter virtutes et facultates patriæ magno præsidio atque ornamento sunt, et vero timore Dei moventur ad quærendam de Christo Salvatore puram doctrinam, sint in tuto. Tales Principum benevolentia tuendi sunt. Ideo rogamus, ut has nostras literas D. T. in optimam partem accipiat, nosque nostra officia D. T. summa cum benevolentia deferimus. Bene et feliciter valeat D. T. Datæ 7. Novemb. anno 1542.

1177

CELIO SECONDO CURIONE au Conseil de Berne.

De Tirano, 8 novembre 1542.

Inédite. Autographe. Archives de Berne.

Cum hac iter faceret *Jo. Beraldus*, vir et eruditione et christiana religione præstantissimus[1], committere nolui, quin vos de mea fide et constantia his paucis certiores facerem. *Quòd* autem

[1] *Nicolas Bérauld*, d'Orléans, l'ancien précepteur de Gaspard de Coligny, n'avait qu'un seul fils, nommé *François*, lequel visita l'Italie et fut professeur, comme son père (I, 33, 248 ; III, 195, 196, 220, 221. — France prot., éd. Bordier, II, 302).

Nous ignorons les antécédents de *Joannes Beraldus*. Sur l'un des volumes de la Bible hébraïque de Robert Estienne (Lutetiæ, 1544-1546, in-16), nous avons lu, au milieu de plusieurs noms d'étudiants vaudois, la signature suivante, écrite en fins caractères du XVIe siècle : « *Jo. Beraldus Turonensis.* » Mais rien ne prouve que ce volume ait appartenu au voyageur qui était arrivé d'Italie à *Tirano*, le 8 novembre 1542. — Du Verdier, éd. Rigoley, VI, 120, mentionne un *Joannes Beraudus* qui publia : « Tractatus singularis de Injuriis, etc., Tholosæ, Anton. le Blanc, 1524, » in-4°.

non jam nunc apud vos sim, cum alia multa, tum maximè *hostium insidiæ, quas passim mihi dispositas reperi*[2], *retuerunt*. Tandem accersita ad me *uxore mea* unà cum liberis, seu potiùs jussa me sequi, *Tiranum* veni (opidum est *Rethorum, Berna* distans itinere septem dierum), ubi eam præstolor. Nam unà cum ea me hucusque proficisci periculosissimum erat. Ubi illa huc appulerit, statim ad vos proficiscemur, et coràm intelligetis, quanta etiam nunc pro Christi nomine passi simus. Valete per Christum, viri principes. Tirani Vallis Telinæ[3], die 8. Novembris 1542.

Illustr. D.[ominationibus] V.[estris]

fidelissimus

Cœlius Secundus C.

(Inscriptio :) Ad Illustrissimum et fortissimum Senatum Bernensem. In manu D. Rodulfi Granferier[4].

[2] *Curione* avait d'abord résolu de ne pas dépasser *Ferrare* (N° 1160, renv. de n. 9). Mais il s'avança beaucoup plus loin et attendit sa famille à *Pescia*, à 3 l. de *Lucques*. Il était à table dans une auberge, lorsque plusieurs suppôts de l'Inquisition vinrent pour l'arrêter. « Leur capitaine (nommé en italien *barisello*) se montra tout à coup dans la chambre et ordonna à *Curione* de le suivre. Celui-ci, persuadé que cette fois la fuite était impossible, se lève pour se rendre, tenant à la main, sans y prendre garde, le couteau dont il se servait pour découper. Le *barisello*, voyant s'approcher de lui un homme d'une taille athlétique et armé d'un large couteau... se réfugie dans un coin de la chambre. Curione sort avec assurance, passe au milieu des gens armés qui attendaient à la porte, prend son cheval dans l'écurie et se sauve sans accident » (Maccree, o. c. p. 224. — Stupani Oratio de C. S. Curione. Schelhornius. Amœnitates literar. XIV, 344).

[3] *Tirano*, ville de *la Valteline*, sur le cours supérieur de l'Adda. Cette vallée était sujette des Grisons (*Rhæti*), qui l'avaient conquise sur le duché de Milan en 1512.

[4] Le conseiller et banneret *Jean Rodolphe de Graffenried*. Curione avait eu l'occasion de l'entretenir à *Berne* au mois d'août ou de septembre.

1178

JEAN CALVIN à Henri Bullinger, à Zurich.

De Genève, 8 novembre 1542.

Autographe. Bibl. de Gotha. Bretschneider. Jo. Calvini aliorumque literæ, 1835. p. 12. Calvini Opp. XI, 463.

Cum hic, qui literas meas tibi reddidit, commendationem à me peteret, non dubitabam quin dignus esset[1] : quando habebat testimonium à piis et certæ fidei hominibus suæ gentis, qui hîc nobiscum sunt. Sed hoc me malè habebat quòd, inter istas occupationes, quibus nunc constringor, breviùs tibi scribere cogar post tantum temporis intervallum. Quæ tamen tua est humanitas, mihi, ut spero, non difficulter dabis veniam, ac locum huic meæ excusationi concedes : præsertim cum certò conjicere possis me non inanem prætextum quærere, neque negligentia facere quòd non diligentiùs ac copiosiùs scribam. Satis enim tibi persuasum esse puto, quanti te faciam, quantopere te colam, quàm denique ex animo te amem. *Quòd* autem *tam diu tacui, ideo factum est, quòd cum huc remigrassem, sic per aliquot menses obrutus fui in restituendis rebus penitùs dissipatis et collapsis, ut aliò convertere animum non liceret*[2]. Postea, cum mihi viderer occasionem præteriisse, differre malui donec nova alia se offerret. Nunc, dum scribendi causa est, cuperem tempus quoque et ocium mihi dari. Sed aliàs, spero, dabitur et ego libenter utar.

Mors Leonis nostri, ut meritò bonis omnibus fuit luctuosa, ita me vehementer afflixit. Nam et privatim singularem amoris affectum mihi semper ostendit[3], et dum reputo quantam in hujus viri morte jacturam fecerit ecclesia, non possum non graviter commoveri. *Superior annus nobis plus satis fuit funestus.*

[1] La suite nous apprend que c'était un jeune Italien.

[2] A comparer avec le commencement du N° 1090 (VII, 408).

[3] Voyez le N° 1146, notes 2-3, et les lettres de *Léon Jude* à *Calvin,* N°s 855 (VI, 194) et 599a (VII, 488).

Nam et Grynæum et Capitonem et multos alios insignes viros unà cum Leone nobis abstulit[4]. *Quò magis danda est nobis opera, ut novum semen excitemus, ne Ecclesia destituta maneat*[5]. Qua in re cum *senatus vester* egregiam operam navare ab initio non destiterit, audio eum novam adhuc accessionem nuper fecisse[6]. Hac spe *fratrem hunc mittendum ad vos censuimus. Nam et perquam tenues habemus scholas, et facultates ærarii sunt angustæ.* Neque nostros hac in parte nimis urgere audeo : quoniam video satis solutum animum ipsos habere, sed manus ligatas. Non tamen hunc temere vobis commendo. Nam *Bernardinus Senensis,* vir præclarus, et *alii duo*[7], qui perspectos habent ejus mores, mihi seriò testati sunt, optimum esse juvenem et in quem senatus vestri benignitas conferatur[8]. Peto

[4] *Simon Grynæus* était mort le 1er août 1541, *W. Capiton,* le 4 novembre suivant, et *Léon Jude* le 19 juin 1542. Calvin ignorait encore la mort de *Jean Zwick,* pasteur de Constance, décédé à Ulm le 23 octobre.

[5] En 1538, *Bullinger* appelait l'attention du Conseil de Zurich sur le recrutement du clergé. Il disait que si l'on n'y pourvoyait à temps, on n'aurait pas les cent-quarante personnes nécessaires pour remplir les emplois ecclésiastiques du canton, soit dans les églises, soit dans l'Académie et le collège (J.-J. Hottinger, III, 728, 729. — Ruchat. V, 102, 103).

[6] Allusion au décret des magistrats zuricois du 29 juin 1538 qui concernait l'agrandissement du séminaire. *Bullinger* en parle comme il suit dans sa lettre à Myconius du 30 octobre, même année : « Senatus noster ædes illas amplissimas et pulcherrimas Abbatissæ studiosis suis *stipendariis,* inhabitandas concredidit. Adhibitus est illis pædagogus *Rhellicanus,* homo doctus et diligens.... *Amanus* Köchli istis omnibus victum suppeditat et œconomum agit. *Studiosi* nihil negotii nisi cum literis habent. Et ita sanè videtur pulchre consultum studiis ac studiosis » (Autogr. Arch. de Zurich). Et, le 8 novembre 1538, *Jo. Rhellicanus* écrivait de Zurich à Ébrard de Rumlangen : « Literarum studia mirè promoventur. Ex quo enim huc veni, *studiosorum collegium* in aula abbatissana institutum est : in quo nunc 14 adulescentes, præter eos qui adhuc ex Canonicorum superioris monasterii stipendio aluntur, ex monasticis bonis liberalissimè educantur, et in dies *plures ex civium Tigurinorum liberalitate accedunt.* Quibus ego moderator et institutor sum adjunctus » (Autogr. Arch. ecclés. de Berne).

[7] *Bernardino Ochino* et, peut-être, les deux autres prédicateurs de l'église italienne de Genève.

[8] Calvin espérait sans doute que l'Italien recommandé serait admis dans le séminaire du Fraumünster (n. 6). Mais il parait que, dans le principe, ce « *Collegium alumnorum* » était destiné uniquement à des Zuricois (Voy. J.-J. Wirz, Historische Darstellung der urkundlichen Verordnungen

igitur abs te ut eum mea causa suscipias, et authoritate tua apud senatum juves. Neque te unum duntaxat hac de re oratum velim, sed alios quoque fratres meos venerandos, quibus salutem ex me dices. Dominus Jesus vos omnes spiritu suo semper regat, suaque dona in vobis confirmet atque augeat!

Genevæ 6. eidus Novembr. 1542.

JOANNES CALVINUS tuus.

(Inscriptio :) Præclaro Christi ministro D. Henricho Bullingero, Tigurinæ ecclesiæ pastori fideliss., fratri mihi observando et amico integerrimo.

1179

JEAN OPORIN [1] à Jean Calvin, à Genève.

De Bâle, 10 novembre 1542.

Autographe. Bibliothèque de Gotha. Calvini Opera, XI, 464.

S. *Prolixè scribere ad te cuperem, ut casum tibi meum recenserem, qui nuper mihi accidit satis indignus* : sed quia non vacat, brevi summa tantùm capita velut in amici charissimi sinum collecta deponam. *Hortatu Philippi Melanchthonis et Lutheri, ego librum legis mahomedicæ ex arabica lingua ante 400 annos in latinam translatum, et ab illis ad me missum, prælo commiseram* [2], et magistratu nostro de eo ipso certiore facto, an in eo

welche die Gesch. des Kirchen- und Schulwesens in Zürich... betreffen. Zürich, 1793, I, 374, 375).

[1] Voyez, sur *Jean Oporin*, professeur et imprimeur à Bâle, le t. IV, p. 206, et les Indices des t. IV-VII.

[2] Cet ouvrage parut l'année suivante à Bâle, sans nom de lieu. Il est intitulé : « Machumetis Saracenorum Principis eiusque Successorum vitæ, doctrina, ac ipse *Alcoran*, quo velut authentico legum divinarum codice, Agareni et Turcæ, aliique Christo adversantes populi reguntur.... His adiunctæ sunt confutationes multorum, et quidem probatiss. Autorum, Arabum, Græcorum et Latinorum, unà cum doctiss. viri Philippi Melanchthonis præmonitione, opera et studio *Theodori Bibliandri*. 1543. » 3 tomes en un vol. in-folio (Voy. Melanthonis Epp. éd. Bretschneider, V, 10-13. —

mihi pergere liceret, et nihil obstare dixit, idque ita dum absolveretur liber. Curaveram autem etiam adjici confutationes ejusdem legis, non latinas solùm, sed et Græcorum et Arabum in latinam linguam translatas, unà cum historia rerum Turcicarum à nongentis annis usque ad nostra tempora. Interim igitur *incidia quorundam, mihi ex contentione illa graduum*[3] *adhuc malè volentium, persuasus senatus*, nihil pestilentius ac ignominiosius futurum quàm si liber ille publicari permitteretur, *mihi libros omnes ademit et me præter omne meritum in carcerem conjecit.* Adhuc igitur libros illi apud se detinent, et ego sorte mea unà cum usura careo[4].

Hæc res ita me confecit hactenus, ut quid faciam, quò me vertam, planè nesciam. Insumpsi in librum hunc excudendum ampliùs quàm 400 florenos, et jam nihilo seciùs reddere illis oportet quibus ego fidem meam obstrinxi. Nemo est qui ob indignum casum illum saltem longiùs differre creditum velit. Et qui libenter mihi adessent hac in re, ut sunt optimi quique hîc, ii facultatibus destituuntur. *Si solùm amicum aliquem nossem qui 100 coronatos mihi ad anni spatium crederet, facilè me extricarem.* Nam brevi me spero privilegium Cæsareum habiturum ad *Alcorani illius* venditionem liberam[5]. Tum, spero, mox me recolligam. Et in hoc jam versatur rei cardo ut, quàm primùm privilegium illud nactus fuero, libri vendendi potestas etiam à magistratu nostro mihi fiat. Hîc ego tuum consilium imploro, mi D. Calvine, si ullo pacto potes, viam mihi aliquam uti excogites ne prorsùs pereundum mihi sit. Non defuerunt

Freytag. Anal. litt. p. 120). La préface de Bibliander est datée : « Ex Tiguro, xx die Januarii anno MDXLIII. » — *Luther* doit avoir contribué à la composition de l'ouvrage; car on lit dans sa lettre du 26 mars 1542 à Jacob Probst, pasteur à Brême : « Versor jam in transferendo libro qui vocatur *Confutatio Alcorani Mahumetis.* » (Luthers Briefe, éd. de Wette, V, 452).

[3] Voyez le t. VII, p. 234, note 1. — Melchior Kirchhofer. Oswald Myconius. Zürich. 1813, p. 316-327.

[4] On peut consulter, sur les détails de cette affaire, Melchior Kirchhofer, o. c., p. 351-353. — Carl Pestalozzi. Heinrich Bullinger. Elberfeld, 1858, p. 311. — Melanthonis Epp. 6 décemb. 1542, 21 febr. 1543. Éd. cit. IV, 910, V, 45.

[5] Il obtint, pour la 1re édition, le privilège de l'Empereur. La seconde parut (à Bâle) en 1550.

hactenus apud nos qui ultro etiam pecuniam suam mihi mutuo dandam offerrent, sæpe etiam non egenti. Jam postquam semel infortunio mulctatus sum, nemo est amicus alius, et necesse est habeam amicos longiùs dissitos implorare. Neque verò à te aliud peto, quàm si fortè aliquem nosses qui carere tantula pecuniola ad breve tempus posset, ab eo mihi opem illam implorares. Restituerem autem bona fide, cum fœnore etiam, nempe sex coronatorum in centum, aut etiam ampliùs, pro spatio annuo[6]. Facies me super hac re certiorem cum erit commodum, ac me tibi commendatum habebis, veterem scilicet amicum, et cujus servati te non facilè, ut spero, pœnitebit. Vale, mi D. Calvine, et hunc quoque *Claudium*, qui hasce tibi literas affert, si qua in re citra molestiam aut incommodum tuum juvare potes, meo nomine commendatum habe. Basileæ, 10. Novembris 1542.

Jo. Oporinus, tuus ex animo, ut nosti.

(Inscriptio :) D. Joanni Calvino ecclesiastæ Genevensi, amico longè charissimo suo. Genevæ.

1180

PIERRE TOUSSAIN à Matthias Erb, à Riquewir [1].

De Montbéliard, 20 novembre 1542.

Inédite. Autographe. Arch. de l'église de Bâle.

S. Recepi nuper literas tuas, frater in Christo Jesu chare et observande, quibus tu me piè et amanter *mones, ne ecclesiam*

[6] *Oporin*, plus soucieux d'illustrer son art que de faire fortune, se laissait parfois imposer par les usuriers l'intérêt du 20 et même du 30 pour cent. Il mourut presque ruiné, en 1568. (Voy. Athenæ Rauricæ, 1778, p. 352).

[1] *Matthias Erb* (1494-1571) né à Ettlingen, dans le margraviat de Bade, avait fait ses études à Berne. Il prêcha d'abord l'Évangile à Rappolschweil en Alsace, puis il fut élu (1531) aumônier de l'armée bernoise envoyée contre les cantons catholiques. On le retrouve ensuite prédicateur dans le pays de Bade, où il dirigea une école à Gengenbach (1536-38). C'est

meam facilè deseram : de qua re scribo in præsentia Illustri Principi nostro D. Comiti *Georgio*. Et quanquam verum sit, me quantumvis abjectum homuntionem *aliò*[2] vocari, tamen nihil sum facturus sine Dominorum Principum meorum et ecclesiarum consilio. Vale in Domino, nam non vacat nunc mihi ut te pluribus obtundam. Saluta mihi diligenter fratres. Mombelgardi, 20 Novembris 1542.

Tuus P. Tossanus.

(Inscriptio:) D. Matthiæ Erbio, ecclesiastæ Richenvillensi, fratri suo charissimo. Richenvillæ.

1181

CELIO SECUNDO CURIONE au Conseil de Berne.

(Berne, 27 novembre 1542 [1].)

Inédite. Autographe. Archives de Berne.

Illustrissimi Domini,

Venit Cœlius Secundus, quem superioribus mensibus *collegio duodecim*[2] *Lausannæ* præfecistis. Et unà secum adduxit uxorem et tres filios parvulos[3] : reliquos quatuor non potuit adducere propter hiemis asperitatem, nam nimis teneri sunt. Reliquit autem eos apud bonos viros, sperans se anno proximo commodiùs eos, Deo volente, recepturum.

de là qu'il fut appelé, par le comte *Georges de Wurtemberg*, au pastorat de *Reichenweyer* (Riquewir). Cette ville, située à 3 l. à l'O. de Colmar, était le chef-lieu des seigneuries que le comte *Georges* possédait en Alsace, et dans lesquelles on comptait douze églises réformées. *Matthias Erb*, nommé intendant de ces églises, leur voua tous ses soins jusqu'en 1562, et il affermit au milieu d'elles l'œuvre commencée par son prédécesseur, *Érasme Fabricius* (VI, 190, n. 6). — Voy. J.-J. Hottinger III, 596, 698. — Röhrich, o. c. II, 227-29. — France prot. éd. H. Bordier, VI, 35.

[2] C'est-à-dire à *Metz* (N° 1183, renv. de note 16.)

[1] Voyez les notes 6, 7-8.

[2] Sous-entendu *scholasticorum* (N° 1160, note 7).

[3] Leur âge et leurs noms sont indiqués dans le N° 1170, note 2.

Dicit se à *Luca* huc usque se 45 dies consumpsisse[4], tum propter assiduas hostium insidias, quas vix evadere potuit, tum quia in itinere egrotare cœpit unus filiorum suorum : qui etiam nunc egrotat, neque solus sed alter quoque. Ideo omnem pecuniam quam vestro et aliorum bonorum beneficio acceperat, jam dudum expendisse : neque se hucusque pervenire potuisse, ni D. Hei[n]ricus *Bulingerus* primùm juvisset[5], deinde D. *Præfectus Campii regii*[6], cujus impensis *Bernam* usque advecti fuimus.

Igitur cum nihil ex *papæ* crudelitate sumpsit, præter corpora, quæ ut vobis vestrisque ecclesiis inservirent, Dominus reservavit : petit à vobis aliquod subsidium præter stipendium decretum, quo possit sibi libros comparare, et novam, amissa vetere, bibliothecam instruere : quod vestra solita benignitate fieri rogat.

[4] La femme et les trois fils aînés de *Curione* avaient quitté *Lucques* vers le 11 octobre, peu de jours après que lui-même eut été contraint de s'enfuir de *Pescia* (N° 1177, n. 2). Ils le rejoignirent à *Ferrare,* d'où Curione partit seul pour la Valteline, le 24 octobre. Les cinq émigrants se retrouvèrent enfin à *Tirano,* après le 8 novembre. Échappés à la griffe de l'Inquisition, ils avaient encore bien des difficultés à vaincre. *Guillelmus Grataroius,* médecin de Bergame, qui se réfugia à Bâle en 1549, écrivait plus tard : « Per *Rheticas Alpes* peregrinari non solùm arduum, sed ob rerum multarum penuriam interdum valdè incommodum. Aliquando panem non inveni, interdum nihil fœni aut palearum pro equo : bene tamen numerare oportet : sed hoc nunc ubique ferè commune. » Voici son itinéraire, qui fut sans doute celui de *Curione* : Tirano, Poschiavo, le col du Bernina, Poutresina, Samaden, Ponte, l'Albula, la vallée de Bergun, Lenz, Parpan et Coire.

Si nos Lucquois arrivèrent à *Wallenstadt* le mardi 14 novembre, ils purent, le lendemain matin, utiliser les bateaux qui allaient, par le lac de Wallenstadt et la Linth, au marché du vendredi à *Zurich,* et atteindre cette dernière ville le 16 au soir.

[5] *Curione* et sa famille se reposèrent pendant deux ou trois jours dans la maison de *Bullinger.* Celui-ci et *Gaspard Megander* les recommandèrent à Lux Löwensprung, bailli de Königsfeld, par une lettre datée du lundi 20 novembre (Ms. orig. Arch. de Berne).

[6] *Königsfeld,* près de Brugg (Argovie). La lettre où *Löwensprung* informe les magistrats bernois des mesures qu'il a prises en faveur de Curione, est datée du 22 novembre (Ms. orig. Arch. bernoises). Comme il y a 17 ½ lieues entre Königsfeld et Berne, nos voyageurs durent arriver dans cette ville le samedi 25.

Postremò ut *Lausannam* usque illos adducere vestra benignitate curetis : quod ut commodiùs fiat, uno equo qui cistas puerorum vehat opus erit, et equi promto ductore[7].

De his autem quæ ad stipendium spectant, et ad ædes instruendas aliqua suppellectile, jam putat per vos esse prospectum[8].

Vos itaque[9] ut Deus pater per Jesum Christum servet et vestrum Imperium, rogat

CŒLIUS[10].

[7-8] La présente requête fut communiquée le 27 novembre au Conseil de Berne, qui prit les décisions suivantes : « Écrire à l'intendant de *Königsfeld* que mes Seigneurs sont contents de ses procédés envers *Cœlius*. Remercier *Zurich* de ce que nul hôtelier n'a rançonné *Cœlius*, et *Bullinger* de ce qu'il a pourvu à sa dépense jusqu'à Königsfeld. Remettre ici à *Cœlius* 10 écus et payer le valet [qui l'accompagnera]. Écrire au bailli de *Lausanne* qu'il achète maintenant, jusqu'à la somme de 20 écus, les livres dont *Cœlius* a besoin; qu'il laisse courir sa pension à partir du jour où il a été élu [N° 1155, n. 7] et qu'il lui procure un logis jusqu'à ce que sa maison soit meublée. » (Manuel du dit jour. Trad. de l'all.)

[9] Par inadvertance, *itatque*.

[10] La requête est écrite sur un feuillet détaché d'une lettre reçue d'Italie. On lit au verso : « Al molto dotto et escellente M. Secondo Curione, da maggior fratello di Conti, nostro honorando » — puis un *c* minuscule, dont l'extrémité supérieure se prolonge par un trait horizontal, que termine un *c* plus grand. Ce pourrait être l'abréviation de *confrate* ou de *confratello*.

Curione et les siens ne parvinrent probablement que le 30 au terme de leur fatigant voyage de plus de deux cents lieues (environ 110 de Lucques à Tirano, 50 de Tirano à Zurich, 41 de Zurich à Lausanne*.)

Nous relevons les passages suivants dans la lettre de l'humaniste italien à Bullinger du 10 décembre : « Meministi, credo, cum essemus apud te, me tibi narrasse de quodam Amico, qui fratrem suum *Tigurum* mittere vellet, cum discendæ germanicæ linguæ, tum aliarum bonarum rerum gratia.... Igitur rogo ut aliquem seligere [velis] bonum et doctum virum, deinde etiam mercatorem aut negotiorum plenum, apud quem *is adolescens* agat.... Quod ubi feceris, meo nomine, si placet, ad D. *Martinum a Pergula*, jurisconsultum, *Tiranum* literas mittas, quæ de toto eo negotio eum certiorem faciant.... Cæterùm, ad *Camilum* [*Renatum ?*] quoque, cujus tibi literas red[d]idi, rescribere eadem opera aliquid poteris. His (*sic*) enim *Tirani* agit...

* Les ambassadeurs du duc Hercule d'Este, lesquels faisaient en moyenne 50 kilomètres par jour, employèrent treize jours, en février 1537, pour aller de Ferrare à Zurich par les Alpes grisonnes. (Voy. Bartolommeo Fontana. Renata di Francia. Roma. 1889, p. 330, 332.)

1182

PIERRE VIRET à Guillaume Farel, à Metz.

De Lausanne, 27 novembre 1542.

Inédite. Autographe. Collection de M. H. Lutteroth.
Bibliothèque de la Soc. de l'Histoire du Protestantisme français[1].

S. *Ex tuis ad Calvinum literis*[2], *cruces quibus isthic cruciaris abundè intellexi,* charissime frater, quarum et nos partem eam quam possumus, subimus, sed ita ut mœror noster nihil tua tædia levare possit, nec ullam sentias ex nostra opera opem, quæ tibi solatio esse possit : quam utinam tam tibi et Christi ecclesiæ referre nobis esset concessum, quàm id ex animo cupimus. At tametsi cum horrendis monstris te conflictari audiamus, ac nobis minimè liceat tibi suppetias ferre decertanti, nisi votis et precibus, haudquaquam tamen diffidimus quin et preces Ecclesiæ exauditurus sit Dominus, quamvis remissiores et frigidiores quàm negociorum gravitas et pericula fortè requirant. Non possum mihi non polliceri lætiora, quicquid Satan furat in te; sed quò impotentioris iræ se ista sua truculentia esse testatur, eò erigor in spem successus melioris. Nisi sentiret ac expe-

Vale, per Christum Jesum, et nostro nomine eximios doctores *Pellicanum, Megandrum, Bibliandrum, Gualterum* et reliquos salvere jubebis. *Uxorem tuam* officii et caritatis plenam, meo et uxoris meæ nomine, officiosè diligenterque, adde etiam amanter, salutabis : *liberos* dulcissimos, de sua erga nostros suavitate, gratia et officiis amabis. Ego me ipsum tibi et tuis dedo, qui quicquid sum debeo. Salutant vos fratres et ministri qui nobiscum sunt : præcipuè *Viretus* et *Comes*. Lausannæ, quarto Idus decembris. 1542. » (Autog. Arch. de Zurich.)

[1] Nous présentons nos vifs remerciements à M. le pasteur N. Weiss, qui a bien voulu copier pour nous cette intéressante lettre. On ne la connaissait que par ce résumé, qu'on doit à Olivier Perrot : « Le 27 nov. 1542, Viret écrivit à Farel, qui estoit à Metz. Il le fortifie contre les divers Assauts qu'il avoit à soutenir. » (La Vie de Guill. Farel. Bibl. des pasteurs de Neuchâtel.)

[2] La lettre de Farel à Calvin écrite de *Montigny* le 22 octobre (N° 1168), dont on ne possède que l'analyse, faite par Olivier Perrot.

riretur re ipsa suo regno ruinam impendere, eamque jam adesse in foribus, nisi metueret se penitùs isthinc exigi, neutiquam tanta inclementia in pietatis studiosos desæviret. Sed brevi ipsum Dominus conteret sub pedibus tuis, et fortunabit pios tuos conatus, atque eò te potentiùs corroborabit, quò magis destitueris omni humano auxilio et consilio, experierisque tandem, non in Paulo solùm, sed in te quoque ac omnibus synceris Christi ministris, locum habere illud supremi patris responsum blandum et consolationis plenum : Virtus in infirmitate perficitur, ut possis aliquando cum eodem apostolo exclamare : Omnia possum in eo qui me corroborat. Sed quid istis meis monitis opus est tibi veterano Christi militi, qui non tantùm tot teneas Scripturarum exempla, quibus armari ac confirmari possis adversùs omnes hostium insidias et assultus, sed etiam re ipsa ac ipsis etiam manibus contrectaris singularem Dei opem in rebus deploratissimis. Idem ille *Dominus qui hactenus vindicavit ex omnibus hostium insidiis, calumniis et periculis non tuum sed suum sacrosanctum ministerium, tantò te minùs deseret quantò propiùs accesseris ad metam præclari istius cursus in cujus te constituit curriculo.*

Magis utique metuerem, si tyrunculus aliquis et rerum imperitus mei similis, ad tam grave et periculosum certamen vocatus esset, sed mihi persuadere non possum frustra te isthuc a Domino accersitum, de cujus vocatione non magis dubito quàm earum [l. eis] quas nobis scripturis sacris spiritus sanctus obsignavit. Non fuit vanum hactenus tuum ministerium, nec tibi ullus laborpenitùs cessit irritus et inutilis. Cogita ergo eum semper Christi spiritum in te agere, qui te hactenus egit. Considera non semper Paulo, prophetis et apostolis in ipsis primordiis omnia successisse ex animi sententia : eorum tamen conatus nunquam frustra cecidisse. Eadem nobis cum ipsis est causa. *Hîc sæpe angi cogor, dum animadverto me tot ac tantis circumseptum malis et incommodis, dum nulla mihi affulget spes fructus uberioris. Est tamen nobis in nostra statione persistendum, sive in acie, sive in oppugnatione, sive in præsidio manendum sit,* tantisper dum aliò evocet imperator, tubaque signum certiss.[imum] dederit. *Nobis plus est negocii ad retinendum et augendum parta, quàm fuerit in quærendo.* Sed quid agas? Si verum est vulgò caclatum [l. calcatum] proverbium : Semper

feliciter cadunt Jovis lapilli[3], quid de vero nostro Jove et æterno felicissimoque Jehova nobis pollicebimur? Præstat, crede mihi, hujusmodi crucibus graviss.[imè] premi cum qualicunque Evangelii profectu, in tanta populi Christiani aviditate, quàm preciosum Evangelii margaritum in alta hac pace porcis et canibus conspurcandum objici, ut ferè fit apud plurimos qui se falsò jactant evangelicos, quibus nullos habet Evangelium hostes infensiores. Scio quibus in periculis verseris, sed aderit Dominus præsentiss.[imus] cujus favore futurum spero ut brevi audiamus lætiora.

Nos hîc undique menses jam aliquot sæva pestilentiæ lues obsidet[4], *quæ nobis jam diaconum*[5] *absumpsit.* Parati sumus ad quidvis, freti divina [ejus] bonitate, qui nobis utetur in suam gloriam, à quo solo pendemus. *Torquet me supra modum nostrorum hominum crudelitas in sua ipsorum viscera*[6], *ac multò magis quòd penitùs obsurduisse et callum obduxisse videntur ad omnes propheticas monitiones,* quo fit ut non sperem manum Domini remittendam, sed aggravandam multò magis donec nostris docti malis ex animo resipuerimus. Sed quid tibi molestias molestiis accumulo? Id non facerem nisi mihi explorata esset sancti istius tui pectoris constantia, et mihi suave in sinum tuum deponere æstus animi mei, ut paria faciamus, mutuum oremus et consolemur nos ipsos.

Saluta mihi fratres qui isthic sunt. Tota mea familia te plurimùm salvere jubet et pii fratres quibus tu et tuum ministerium vita charius est. Valde me recreat quòd *Genevensis ecclesia* feliciter habet et *Calvinus* certè valet, qui tua causa valdè anxius est[7]. Cæterùm *quod audivisti tuum ministerium traduci*[8], *nihil movearis.* Boni viri omnes satis persuasi sunt quis sis. *Jacobus Gallus* scribit ad te, nisi fallor, et respondet tuis literis. Vale, frater charissime, cum piis omnibus. Lausannæ. 27. Novemb. 1542.

Tuus si suus est
PETRUS VIRETUS.

(Inscriptio :) Suo Guilielmo Farello, Verbi ministro fideliss. et fratri quàm chariss. Metis[9].

[3] La forme classique de ce proverbe porte *taxilli.*

[4] Voyez la lettre de Viret à Farel du 19 mai 1543.

1183

JEAN FATHON [1] à Christophe Fabri, à Thonon.

De Colombier, 28 novembre 1542.

Inédite. Autographe. Bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel.

S. Par Jésuchrist, nostre seul rédempteur et unique sauveur. Très chier frère, sur ce 19. de novembre j'ay receu voz dernières lettres, despuis lesquelles receues ne c'est offert aulcung moyen à nous pour vous rescripre, jusques à présent, avec ce que attendions quelques bonnes nouvelles, pour d'icelles vous faire participation, ainsi que avés de bonne coustume de ne nous frustrer des vostres. Le bon Dieu nous en envoye selon son bon plaisir des consolables, pour l'exaltation de son sainct évangile, brisant de jour en jour la teste et force de l'autheur et père de mensonge, homicide et de toute tyrennie, lequel par tant de moyen, est après incessemment pour dissipper et destruire ce petit troppeaul, auquel il a plus au père des miséricordes donner son royaulme, par Jésus qui en est la droite porte. Puis que le Seigneur nous a faict celle grâce de nous avoir donné entendre les propres armures, par les saincts apostres Pierre et Paul, pour obvier à toutes ses ambuches et machinations, et n'estre assaillys indépourveuz par iceluy, nous fault armer d'icelles et ne les négliger, nous admonestant que n'avons la luicte contre le sang et la chair, mais contre les principaultez, contre les puissances, et contre les

[5] *Vital Roberti?*

[21] Selon M. O. Douen, « *Marot* n'avait quitté la cour que lorsqu'il s'était vu menacé par la publication de plusieurs écrits ordonnant la poursuite des hérétiques, notamment celui du 30 août 1542, plus pressant que les précédents, [N° 1149, n. 18], et il ne s'enfuit à l'étranger que sur la nouvelle que le parlement de Paris avait lancé contre lui un mandat d'arrêt. Cependant on ne trouve trace de sa présence à *Genève* qu'à la fin de novembre : où alla-t-il dans l'intervalle ? Les relations d'amitié qu'il avait nouées avec de nombreux Savoyards, nommés dans l'*Épistre à ung sien amy,* écrite à Genève en 1543, attestent qu'il avait fait un séjour d'au moins quelques mois en Savoie, et la supplique adressée par lui *A M. Pellisson, président de Savoie,* nous donne la date de ce séjour, antérieur à celui de Genève » (Op. cit. I, 389, 297, 298). — Nous croyons qu'on ne pourrait se prononcer sur ce premier séjour de *Marot* en Savoie, que si l'on connaissait la date du « mandat d'arrêt. »

[22] *Marot* avait dû arriver à *Genève* vers le milieu de novembre, puisque son ancien ami *Thomas Malingre* eut encore le temps de composer avant le 2 décembre l'*Épître* qu'il lui adressa et dont nous avons donné quelques extraits.

[23] Voyez, sur *François Paquet,* le N° 1163, n. 20.

[24-25] *Pretorem* désigne *le lieutenant de la Justice* (procureur général), et *socerum,* l'ancien syndic *Jean Balard* (VII, 415), qui avait été Lieutenant en 1532. Sa fille cadette, Louise, avait épousé François Paquet (Cf. Galiffe, Notices généal. I, 309).

[26-27] L'élection du *Lieutenant,* à Genève, avait ordinairement lieu le premier dimanche de novembre, parfois après la St. Martin. Le lundi 4 décembre 1542, le Conseil décida que, *contre la coutume,* on mettrait deux lieutenants en élection, pour en élire un : de même pour les syndics.

morem gerere, nisi omnia turbando, nequeam. Alium igitur quærat.

Bene vale, frater charissime, cum tua familia et fratribus[28]. Nostri te salutant, præsertim *Genistonius,* cui nata erat septimo mense filiola, quæ tertio die migravit ad Dominum. Puerpera graviter laboravit, sed nunc evasit periculum et satis alacriter se habet. *Uxor mea* te plurimùm salutat. Dominus omnes vos conservet! Vale iterum. Genevæ.

JOANNES CALVINUS tuus.

1188

JEAN CALVIN à Guillaume Farel, à Metz.

De Genève, 15 décembre (1542).

Autogr. Bibl. de Gotha. Bretschneider. Calvini Literæ, p. 14.
Calv. Opp. XI, 474.

Nuper cum nuncium ad te missuri essent *Neocomenses, Vireto et Jacobo Gallo* indicarunt[1]. Ego autem illis non visus sum dignus, cujus rationem haberent. Quanquam illis facilè ignosco, vel ob hanc causam quæ nunc me cogit brevitatis veniam abs te petere. Distrahor enim, ut nosti : *in corrigendo Novo Testamento sum occupatus*[2], *et Alberto Pighio respondeo,* qui magnum in nos librum edidit[3], in quo me nominatim provocat ac sibi petit

[28] C'est la seule phrase de la salutation que Bèze ait reproduite dans le texte imprimé.

[1] « Nous envoyons, ceste semaine présente, un frère devers maître *Guillaume,* » écrivait Fathon à Fabri, le mardi 28 novembre.

[2] Une édition revisée du Nouveau-Testament (traduction d'Olivétan) avait paru à Genève en 1538, petit in-8° (Voy. Th. Dufour. Notice, p. 149-152).

[3] *Albert Pigghe* (en latin *Pighius*), né vers 1490 à Kempen, dans l'Over-Yssel, était prévôt de St.-Jean à Utrecht. Il mourut dans cette ville le 26 décembre 1542. Les théologiens catholiques disent de lui qu'il fut l'un des éloquents antagonistes de *Bucer* et de *Calvin.* Voici les titres de ses trois principaux ouvrages : Ratio componendorum dissidiorum et sarciendæ in Religione concordiæ. Coloniæ, 1542, in-4°. — Controversiarum

antagonistam. Cupio autem efficere, ut proximis nundinis exeat responsio[4]. Hæc ipsa causa est cur *fratribus*[5] nihil scribam, quanquam tutò supersedere possum, ubi tu ades[6]. Exhortationem tamen aliquam à me habuissent, nisi obstaret quod dico. Salutabis omnes meo nomine diligenter. De rebus nostris et urbis statu referent *hi duo fratres*. Omnes pii amantissimè te salutant.

Literas tuas, quibus nobis exponas ut res *istic* habeant, dudum in itinere esse confido. Det Dominus ut nos prorsùs exhilarent! Vix credas, quantùm me illæ tuæ prolixæ[7] consternarint : adeò ut parùm abfuerit, quin occupationibus et negociis omnibus projectis, statim iter arripuerim[8]. *Bernardinus noster Senensis*[9] inter alios te salutat, vir magnus omnibus modis. Hic frater[10] vir est pius et integer, quem tibi commendatum esse cupio. Dominus te et omnes suos istic conservet, ac multiplicet semen suum! Genevæ, 15. Decemb. (1542)[11].

JOANNES CALVINUS tuus.

(Inscriptio :) Fidelissimo servo Christi, Guillelmo Farello, fratri et collegæ meo chariss.

præcipuarum in Comitiis Ratisponensibus tractatarum, et quibus nunc potissimùm exagitatur Christi fides et religio, diligens et luculenta explicatio. Coloniæ, 1542, in-folio. — De libero hominis arbitrio et divina gratia libri X. adversùs Lutherum, Calvinum et alios. Coloniæ, 1542, in-folio. (Voyez Gesneri Bibl. univ. 1545, f. 20. — Valère André. Bibl. belgica, p. 38-40. — Paquot. Mémoires pour servir à l'Hist. litt. des Pays-Bas, éd. in-8°, t. II, pp. 175-187. — Bayle. Dict. Crit. article *Pighius*, qui reproduit les passages où Calvin accuse son adversaire de lui avoir volé des pages entières de l'*Institution*).

[4] La prochaine foire de Francfort devait se tenir du 1er au 20 mars 1543. Il fallait donc que les livres qu'on y enverrait de Genève fussent prêts au milieu de février. Vers le milieu de décembre 1542, *Calvin* écrivait, en effet, au commencement de sa *Responsio* à Pighius : « Est... alia causa, ut nihil dissimulem, quæ me brevem esse cogit. Constringor enim temporis augustiis, quando mihi *vix duo menses usque ad nundinas Francfordienses* restant, quibus statui, si fieri poterit, hanc responsionem edere. Atque utinam dimidium ejus temporis vacuum mihi prorsùs et liberum ad scribendum relinqueretur » (Calvini Opuscula, 1552, in-fol. p. 221).

[5] Scil. *Metensibus*.

[6] Calvin avait sans doute appris, par Toussain, que *Farel* était rentré dans la ville de Metz (N° 1187, renv. de n. 3).

1189

LE CONSEIL DE BERNE au Président de Chambéry [1].

De Berne, 15 décembre 1542.

Inédite. Minute originale. Arch. de Berne.

Noble, magnifficque, très expert seigneur et singulier amy!

Les Syndicques et Conseil de *Genève,* nous combourgeois, nous ont fait affectueux plainctif des molestations, querelles et invasions que *Michiel Giliet,* à cause de ses frivolles demandes [2], journellement ne cesse de adtenter sus les corps et biens des

[7] Allusion à la lettre de Farel du 22 octobre (N°1168).

[8] Scil. *in Germaniam* (Voir le N° précédent, fin du premier §).

[9] *Bernardino Ochino,* de Sienne.

[10] Celui des « deux frères » mentionné plus haut qui était le porteur de la présente lettre.

[11] Bretschneider s'est trompé en lisant « 15. Octob. » Le millésime n'existe pas dans l'original.

[1] Reymond Pellisson (V, 201, 202), président du conseil souverain de Savoie, pour le roi de France.

[2] *Michel Guillet,* natif de Thonon et ancien membre du Petit Conseil de Genève, avait embrassé, après 1530, la cause des Peneysans, ennemis de cette ville, et il était devenu le chef du parti épiscopal. Aussi les Bernois confisquèrent-ils, en 1536, sa maison de Thonon (IV, 211) et sa seigneurie de Monthoux, situées sur les terres du duc de Savoie. *Michel Guillet* essaya de recouvrer une partie de ses biens par l'intermédiaire de son frère *Jean,* qui était bourgeois de Fribourg. Celui-ci se présenta le 17 janvier 1541 devant les députés de Berne, qui avaient une conférence à la Singine, et il leur demanda la restitution de ce qu'il possédait jadis à Thonon et aux Alinges et de la moitié des revenus de *Monthoux,* moitié qu'il disait tenir de son frère *Michel.* Les députés lui dirent : Apportez vos titres, on les examinera. Il revint, lors d'une autre conférence, le 16 février, et les Bernois lui répondirent : Quand ces biens ont été confisqués, ce n'est pas vous qui les possédiez, mais votre frère *Michel,* notre ennemi déclaré. Le notaire Jean Regis qui a écrit la lettre de donation [des revenus] de Monthoux, est en prison à Chambéry, et l'on dit qu'il a fabriqué une fausse lettre (Voy. les Recès des diètes, vol. de 1541 à 1548, pp. 9, 14. — Bonivard. Chroniques, éd. Revilliod, II, 409).

Quelles « frivoles demandes » *Michel Guillet* pouvait-il adresser aux

dits de *Genève,* gisants et venants rière vostre gouvernance, avecque horribles blasphesmes et parolles oultraigieuses contre nostre loy, fondée en la saincte parolle de nostre Rédempteur Jésu-Christ. De quoy somes très dolants. Et ne croyons que telles façons de faire soient de vostre permission, auquel avons ferme confiance que ne les comporterés, vehu la bonne amityé et voysinance qu'est entre *le Roy* et nous et nous alliés. Vous priants doncque que vostre bon plaisir soit d'y mectre quelque bon ordre et empeschement, en telles et sy cauteleuses entreprinses du d. *Giliet,* et non permectre que ung sy légier personnaige, qu'est assés cogneu par ses praticques, soit cause de quelque inconv[én]ient, qu'il pourroit esmouvoir par ses procédures : comme de ce et toutes aultres choses faisantes à l'édification et adcroissement de bonne amour et voysinance, nous confions parfaictement en vostre bonne discrétion, laquelle le Créateur face prospérer. Datum 15 Decembris 1542.

L'Advoyer et Conseil de Berne.

1190

BENOIT TEXTOR [1] à Jean Calvin, à Genève.

De Mâcon, 19 décembre 1542.

Autographe. Bibl. de Gotha. Calv. Opp. XI, 475.

Quandoquidem, ut certus sum, ex necessitate tot tantaque negocia te assiduò urgent et obsepiunt, Calvine animo meo opta-

Genevois ? Ils l'avaient solennellement condamné à mort, le 13 juillet 1535, avec ses trente-six « complices » du château de Peney.

[1] *Benoît Textor* (1509-1560) né à Pont-de-Vaux en Bresse, fit ses premières études dans sa ville natale; il les continua à Mâcon et à l'université de Paris. *Jacques du Bois* (Sylvius), l'un de ses professeurs dans la Faculté de médecine, ayant remarqué son goût pour la botanique, lui persuada de publier une classification des plantes médicinales décrites par Dioscoride. L'ouvrage parut sous le titre suivant : « Stirpium differentiæ ex Dioscoride secundum locos communes, opus ad ipsarum plantarum cognitionem admodum conducibile. Authore Benedicto Textore Segusiano [l. Segusiavo]. Parisiis, apud Simonem Colinæum, 1534, » in-16. La préface est datée : « Lutetiæ, ex ædibus Ioannis Tagantii doctoris Medici doctiss. Ad Idus Iunias. Anno M. D. XXXIIII. » Ce travail d'un jeune homme fut très ap-

tissime, *Claudius hic noster*[2] commodè literarum tuarum vice fuit mihi, *à quo non potui non citra ingens gaudium, audire de rerum vestrarum statu in dies favore Domini fœliciùs procedentium, de profectu Evangelii, fidei ac religionis augmento, præterea de tua valetudine*[3], *negotio dominico adeò necessaria, solito longè per hujus gratiam firmiore : cui jure sese adjunxit nuper vir tantus*[4], quem haud dubiè Dominus ipse pro sua benignitate tibi suæque ecclesiæ prospexit in magnum tuum solatium, adjumentum, et ecclesiæ utilitatem suffectum. Et ipse in hoc non ita pridem (si meministi) fui tibi veluti prognostes per meam ad te epistolam, cum adhuc agerem apud *Neocomum*[5]. Siquidem tunc, *Vireto nostro* istinc discedente[6], ardenter cupiebam in illius locum tibi ferre suppetias quempiam hujusmodi, tanta sarcina degravato. Dominus tales multos, qualem vos nactos esse audivi, suscitet, quos longævos et integros roboret suo gregi fideliter pascendo ! Alii verò, nempe ventres pigri, rapaces lupi, ejiciantur, profligentur, proscribantur, pudefiant, nisi eos pœniteat.

Cæterùm *permolestum est mihi quòd uxor tua tam crebrò ægrotet. Si visum esset Domino ut nostra industria pristinæ redderetur sanitati, nolim ullo modo parci mihi,* vel ob longissimi etiam itineris laborem, vel sumptum immodicum[7] et jacturam

précié. Il en parut une 2me édition à Venise en 1537, et, dix-huit ans plus tard, le célèbre naturaliste *C. Gesner* le faisait réimprimer avec cet éloge : « *B. Textor*... medicus eruditus... libellum de stirpium differentiis.... utili et pulcherrima methodo digessit » (Voy. Hieronymi Tragi de Stirpium, maxime earum quæ in Germania nostra nascuntur, usitatis nomenclaturis... Argentinæ, W. Rihelius, 1552, in-4°, cum figuris).

Devenu docteur en médecine, *Textor* s'établit à *Mâcon,* et il épousa vers 1536 *Jeanne de Quincy.* Des cures « heureuses » le firent connaître au loin, et c'est ainsi qu'on peut s'expliquer sa présence, en 1542, à *Neuchâtel,* où on l'avait probablement appelé en 1541, au plus fort de la peste. Deux lettres (juillet-août 1542, Nos 1140, 1145) ont mentionné son retour dans la Bresse et à Mâcon.

[2] Qui ne reconnaîtrait ici l'ancien ami de Textor, *Claude de Sachins,* qui désirait si vivement, en août 1542, faire la connaissance personnelle de *Calvin* (N° 1145, n. 1-4) ?

[3] L'édition de Brunswick a omis les mots qui suivent *valetudine* jusqu'à *firmiore.*

[4] *Bernardino Ochino.*

[5-6] Textor quitta *Neuchâtel* à la fin de juillet 1542. *Viret* avait été rappelé à Lausanne au commencement du même mois.

gravem, modò satis esse queam. Nam *quanquam quorundam judicio me pestilentia terrefacit,* non tamen detrecto amicorum causa, tempore, et ubi exigit necessitas, subire quodvis discrimen[8]. Tantùm verò abest ut mortem extimescam, ut ea quoque maximè oblecter, si volente Domino acciderit. Alioqui quid opus est ut me ipsum temerè præcipitem in periculum, cum adhuc pendeant à me *uxor* et *liberi,* amici et alii multi me sæpissimè accersant : quem fortè, tametsi inutilem, manent in gloriam Dei vivi quæ momenti sunt majoris[9]. Tu igitur quoquo pacto indigeas hoc homuncione, oro, utere quàm familiarissimè, modò quod petis id possim præstare. Nec quisquam est profectò qui procliviùs id ipsum exequatur : citra assentationem id dictum velim.

Quod autem *attinet ad declinanda ea incommoda de quibus ultimo congressu apud te sum conquestus*[10], in animo erat rem ipsam aggredi : verùm ut ingenuè fatear, postquam satis me ipsum consului, diutius volutavi in animo, non sine præcatione, centies quotidie idem expendendo repetens, nihil certum habeo, nihil firmum, imò totus hæreo, ac in bivio, quod aiunt, sisto pedem, miris modis perplexus. Haud scio an Satanas hîc sit mihi obstaculo : cujus instinctu, *quædam hominum monstra mihi ingratissima,* utpote collato à me in ea beneficio, linguæ sanè vipereæ, perfrictæ frontis ganeones, *Neocomi,* ut accepi, *hanc mihi gratiam rependere pergunt, ut de me spargant falsissimum rumorem, istuc usque volantem, nimirum Textorem studere avariciæ.* Coram Domino loquor, et verè in ipso glorians id unum

[7] Les nouveaux éditeurs de Calvin disent ici en note : « Vide quid metuat, qui mox *avaritiæ* se falsò insimulari queritur. » Cette insinuation n'aurait pas été approuvée par les amis et les familiers de *Textor.* Ils rendirent justice à son dévouement pour les malades, et *Calvin* disait après la mort de *Textor* : « Utinam bonus vir nostris consiliis obtemperasset ! Hodie enim suppeteret *filiis* mediocre patrimonium... Sed quia *immodico illo studio cui se addixerat raptus, familiam neglexit,* crudele esset non prosequi misericordia qui pio et integerrimo patre nati, nullo ejus peccato sunt *egeni* » (Lettre à Gallasius, mscr. n° 107a. Bibl. Publ. de Genève).

[8] Textor le montra bien à *Genève* et à *Lausanne* pendant la terrible peste de l'an 1545. Il fut lui-même atteint par le fléau, mais son calme parfait et sa confiance en Dieu ne se démentirent pas.

[9] Veut-il faire entendre qu'il contribuait à l'évangélisation de *la Bresse ?*

[10] Il s'agissait peut-être d'inconvénients qui le dissuadaient de se fixer à Genève.

assero, hactenus longissimè abfuisse me ab eo crimine, et nunc etiam magis ac magis abhorrere. Quin quò diutius datur hac aura frui, eò alieniorem me sentio à rebus hujus seculi. Non dubium est mihi quin isti ex eorum sint numero qui prodita patria in alios scilicet sunt benefici. Nempe *istuc irruperunt confidenter beluæ horrendæ,* ut omnia depopulentur, omnia vastent, nisi avertat Deus : *qui, abjecta cuculla funesta, animum impurum, sordes putidas ac purulentas in cuculla contractas perpetuò gestant,* hypocrisin scilicet et omnem malitiam : qui suum virus *istic* quotidie evomunt, omnia inficientes, et quæ priùs cuculla obtecti machinabantur, eadem nunc perpetrantes, ingrati, perfidi, superbi, bonorum virorum tortores. Unde enim tot suspiria? unde tot lachrymæ in vobis? Avaritiæ et ventris mancipia, indociles, ociosi, leves, temulenti, vani, garruli, susurrones, sycophantæ, invidi, facilè judicantes, immisericordes, crudeles, conspiratores, stellæ erraticæ, fontes exarescentes. Faxit Dominus ut ab his cæterisque inimicis ipsius et nostris, obturato ore ipsorum impudenti, referamus palmam! Faxit Dominus ut istæ pestes infestissimæ, atrocissimæ, pervicacissimæ[11], se tandem suomet ipsorum indicio prodant, ac suo se jugulent confodiantque gladio. Dominus ista scandala protinus eradicet! Sed utinam liceret quibusdam ipsorum misericordiam adipisci. Porrò non mea, sed Evangelii causa, hæc dico et odio offendiculi. Neque arbitror me tibi adeò ignotum esse, aut illos tantæ esse apud te authoritatis, ut ipsis facilè fidem habeas.

Verùm, his omissis, *te oratum velim eum libellum excutiendum suscipias per ocium, quem ad te mitto, à viro quidem docto juxta ac pio, Eligio Vergerio, Matisconio Ludimagistro*[12], *quondam præceptore nostro, consutum ex aliis, præsertim Erasmo,* sed nonnulla continentem quæ mihi à vero dissident, quæ Ægyptiam superstitionem resipiunt. Proinde eo opusculo sedulò evol-

[11] Dans l'édition de Brunswick : *perniciosissimæ.*

[12] *Éloy du Verger,* « recteur des Écoles de Mâcon, etc., a écrit en latin et en françois un petit livre intitulé : *les Parts de Mr Éloy,* imprimé à Lyon, l'an 1569, par Benoist Rigault » (La Croix du Maine, éd. citée). L'*Epitome* de la Bibl. Univ. de Gesner (1555, f. 183) indique : « *Eligii Vergerii Calendarium,* hoc est libellus in quo quid singulis cujusque mensis diebus constitutum sit breviter traditur, unà cum manibus et figuris necessariis, excusum Lugduni apud Principem, anno 1544. »

vendo, seorsim annotabis in charta errata ibi animadversa, quæ postea curabis nobis perferenda. Cæterùm hominem tractabis *tuo more,* hoc est, per charitatem, candidè, leniter ac mansuetè, omnique convicio procul remoto. Etenim, ut interim taceam non alium esse qui fœliciùs te uno rem obeat, quantùm confido, æquiori animo feret abs te se admoneri et argui, cum te magis suspiciat, idque meritò, quàm à nobis, cujus ferulæ manum subduximus.

De rebus nostris, et si quid hîc siet, latiùs disces à nostro hoc tabellario. *Uxor mea* unà cum tota familia per divinam benignitatem rectè valens, te et tuam, amici te salutant. Secundùm *uxorem tuam,* cui omnia bona precor, cujus incolumitatem tantopere sitio, salvere jubebis meo nomine illum optimum virum à vobis nuper receptum, item *Sebastianum Castalionem, Champerellum,* etc. Vestris omnium precibus nos commendamus. Sed tu, o clementissime pater, da filiis tuis, ut corpori filii tui unigeniti Jesu semel insiti, augescamus ad justam ipsius magnitudinem! Da ut *adversarios nostros* benefactis superare conantes, quorum improbitas et nequitia per tuam providentiam nos exercet et probatos reddit, ærumnas hujus vitæ in amorem tui infracto animo perferentes, res fluxas et caducas aspernantes, cœlestia cogitemus, animos ab humo sejunctos in cœlum attollamus, eò adspiremus, ubi abolita morte, prostrato Satana, assidet tibi à dextris Dominus noster Jesus Christus, solus servator, mediator, pontifex æternus, qui veluti antesignanus viaque nobis strata, nos præiit, indesinenter te pro nobis deprecans, donec ad te evehamur, hoc ergastulo soluti, quò adipiscamur quod per enigma hîc tantùm cernimus, coronam immarcessibilem, vitam æternam, cui soli cum filio et spiritu sancto, debetur omnis laus et gloria in omne ævum! Amen. Matisconi, 19. Decemb. 1542.

Tuus Benedictus Textor.

Rogo, ad me mittito, quum primùm licebit, diploma literarum quas à *Guilelmo* nuper accepisti [13]. Tabellarius enim quidam eas mihi perdidit in via. Insuper scribe mihi *tuam de signaculo crucis sententiam,* et ad quid olim conduxerit, nunc verò utilene sit

[13] Lettre de *Guillaume* [*Farel*] ou du comte *Guillaume?* Voyez la note 14.

an non : siquidem proximis diebus inter duos orta de hoc litigatio adhuc est sub judice.

(Inscriptio :) D. I. C [14].

1191

ANTOINE FUMÉE [1] à Jean Calvin, à Genève.

De Paris (vers la fin de 1542).

Manuscrit original [2]. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 110.
Calv. Opp. XI, 490.

A quo tempore mihi redditæ fuerunt litteræ tuæ postremæ [3],

[14] Au-dessous de la suscription, Calvin a écrit : « *Le Conte de Lionart.* » Ce nom, vraisemblablement destiné à lui rappeler le double (diploma) de la lettre de *Guilelmus,* serait-il un pseudonyme du comte *Guillaume de Furstemberg* (N° 1145, p. 92, n. 6) ?

[1] *Antoine Fumée,* qui avait adopté pour sa correspondance secrète le nom à demi grécisé de *Capnius,* appartenait à une famille considérable. Son aïeul Paul Fumée, d'abord médecin de Charles VII et de Louis XI, puis ambassadeur à Rome et gouverneur de Nantes, était devenu garde des sceaux en 1492, sous Charles VIII. Son père *Adam Fumée I,* sieur des Roches, fut premier maître des requêtes au parlement de Paris. Il vivait encore en 1533 (Crespin, o. c. éd. de Toulouse, III, 164. — Moréry, article Fumée. — Haag, France prot. V, 186).

Antoine, né en 1511 aux Roches-St-Quentin (Touraine), commença ses études universitaires à *Orléans,* où il fut placé, ainsi que son frère *Hardouin,* sous la direction de *Nicolas du Chemin.* Ce fait intéressant nous a été révélé par une pièce de vers que celui-ci a publiée dans son *Antapologia* (mars 1531, cf. notre t. II, p. 314-318) et dont voici le commencement :

« Ad fratres Hardoynum et Antonium, illustrissimi viri D. Adami Fumæi, magistrorum à libellis in prætorio primi, filios, ex Aureliana academia discedentes, *Nico. Chemynus.*

« Viximus, ô vestri fratres spes altera patris,
Heroisque pares nobilitate viris :
Nos simul Aureliis aliquos ita viximus annos,
Nullum ut, qui non vos prædicet, esse putem.
Nunc, ut perpetuum nihil est, dissolvitur ille
Convictus, variis vitaque agenda locis. »

domum meam hactenus non inviseram, ob idque nec locum nec tempus scribendi opportunum nactus, nullas potui ad te litteras dare, tametsi id summopere desiderarem : inde certè veritus ne mea scribendarum epistolarum consuetudo languens videretur. Non hanc igitur moram aut culpam desidiæ adscribas velim, sed privatarum rerum annuæ occupationum [l. occupationi[4]]. Vides quo modo istac adversùm te prefatione crebriores à te litteras expostulem. Cæterùm, *quod ad tuarum litterarum argumentum,* seu potiùs responsum mearum, *attinet, id primùm scias velim, hoc genus hominum* ἀχρίστων[5] *usque adeò mihi invisum atque horrendum, ut non solùm illorum colloquia, sed et quoscunque occursus sedulò effugiam.* Scio enim scriptum esse quòd illorum sermo serpit ut cancer, soleantque illi placidas aures suis deliniamentis demulcere, et incautos plerumque inescare : quod mihi nondum in cristiana palestra admodum exercitato (confirmato tamen, ut spero) semper cavendum esse duxi. Propterea, quibus in eam sententiam argumentis aut axiomatibus adducantur, non facile est scribere. *Quia tamen in necessariis illorum conversationibus nonnulla ab illis audivi,* quæ gravem

Calvin, ayant logé pendant les années 1528-29 chez du Chemin, son ami intime (II, 279, 315, n. 2, 332, 333. — Bèze, Hist. eccl. I, 9. — Abel Lefranc. Jeunesse de Calvin, 1888, p. 73), nous en concluons que les relations d'amitié d'*Antoine Fumée* et du futur Réformateur avaient commencé à l'époque de leur séjour à *Orléans.* Et s'il fallait admettre avec M. Jules Doinel (Bulletin cité, t. XXVI, p. 175), que Calvin commença ses études à Bourges et les termina à Orléans, de 1530 à 1533, — notre conclusion subsisterait encore. *Ant. Fumée* s'immatricula en 1532 à l'université de *Paris* (Bulæus, t. VI), et il y retrouva *Jean Calvin.* Il fut reçu conseiller au Parlement le 15 décembre 1536. Suivant les Mémoires de Condé, cités dans Crespin, II, 658, 660, *Fumée,* « homme povre et craignant Dieu, » acquit la « réputation de bon juge, hayssant les vices,... résistant souvent en face aux plus grans qui ne cheminoyent droit. »

[2] Il présente plusieurs incorrections et semble avoir été écrit sous dictée par un secrétaire distrait.

[3] Les lettres qu'il reçut de Calvin n'existent plus.

[4] En septembre ou en octobre le Parlement avait des vacances. *Antoine Fumée* en profitait, sans doute, pour aller visiter sa terre de *Blandé* (ou *Blandey*) en Normandie.

[5] C'étaient les libres-penseurs ou esprits-forts de ce temps-là. Ils sont visés, croyons-nous, dans plus d'un paragraphe du livre intitulé : « Contre la secte phantastique et furieuse des Libertins. Qui se nomment spirituelz. Par I. Calvin. A Genève, par Iehan Girard. 1545. » 243 pp. petit in-8°.

illius opinionis odorem mihi redolerent, *quæ illi tanquam sales lepidis sermonibus aspergunt,* et obscurum aliquem ex illis lautis[6], cum magna Dei mei fiducia, de ea sententia liberè mecum ex promisso disputantem convenire contigit, *ea quæ modò potissimùm teneo argumenta describam.*

Primùm quidem Novi Testamenti fidem abrogant: eum qui illud conscripserit aut ejus authorem summè eruditum, ingeniosissimum, prudentissimum, sagacissimum ac pœnè divinum, ut Platonem, sic agnoscunt, θεὸν δὲ εἶναι οὐδαμῶς, nec ulla ratione id fieri posse contendunt. *Idque eos maximè movet,* ut inquit ille, *quòd Socrates, Plato aliique permulti philosophi divina pleraque ac etiam diviniora Evangelio scripserunt, qui tamen dii non sunt existimati. Veteris Instrumenti locos in nostram adductos sententiam depravant, et si quibus urgentur, protinus hystoriæ fidem abrogant,* cumque illorum in refellendis tam sacratissimis Scripturis nimia impudentia arguitur, « Hui! tam sanctæ, inquiunt, scripturæ, quæ tot impudicis verbis et cantionibus refertæ in *Canti.*[*co*] *Canticorum* passim deprehenduntur. » Neque recipiunt illius linguæ tropum explicatum de Deo, ecclesiam suam tanquam amicam amplectente. Preterea, cum *de filio Dei* aliquid audiunt, de eo dictum interpretantur qui probè sapientiam illam divinam sectatur, quemadmodum aliquo in loco scriptum est : Mons Dei, mons pinguis, et spiritus Dei, id est, ingens, et digitus Dei, et cetera que [l. quæ] paraphrasi hebraica dicuntur : et hanc nostram αἵρεσιν inventionem esse tanquam poëtarum, qui celebres et eximios viros Deos propter virtutem effinxerunt. *Cum* verò *hoc argumento impelluntur, nullo in homine usquam tales virtutes apparuisse, tam insignes, tam divinas, atque certè Dei ipsius proprias,* neque in factis eas tantùm consistere (quia protinus negari possent), sed et in sententiis, quæ si quid usquam in Platone aut Socrate boni reperitur, id omne certè complectuntur, ac preterea puram illam ac defecatam Dei veri mentem, quantam illi (quia tantùm homines erant) assequi non potuere, ex[h]ibent, omnibusque viris a Deo ipso preparatis certam ac renudatam commonstrant, — *tum illi primùm illius facta inficias ire non dubitant, deinde sententias et axiomata viri eruditi esse non negant, sed eas esse simplices*

[6] Il veut dire : l'un de ces richards et bons vivants.

et infimas, nullo demonstrationis genere expolitas, nihil denique habentes quod non cuique mediocriter erudito contritum sit et exploratum. Scias autem *homines hujusmodi vix rationibus convinci posse : ita sunt apud me deplorati.* Multis enim ac variis disciplinis imbuti, nostrumque sensum pulchre callentes, tanquam qui aliquando à nobis desciverunt, omni vallo ac sepimento demonstrationum se munierunt, et adversùm nos ita obstinatè sese obfirmarunt, ut vix unquam eos inde avelli sperem, in illorum caput ab apostolo dictum esse putans : « Nam, inquit, fieri non potest ut qui semel fuerint illuminati, gustaverintque donum cœleste, et participes fuerint facti spiritus sancti, gustaverintque bonum Dei verbum ac virtutes futuri seculi, si prolabantur, denuò renoventur per penitentiam. » *Id solum prestare possumus quod maximè illos mordeat et excruciet, si vitam integram et puram in lege Domini constanter degamus :* quod ut prosperet in nobis Dominus Jesus Christus etiam atque etiam oro, et tu nobiscum orabis.

Quia verò de illis actum est, *ipsos omittamus censeo, aliisque in dies nascentibus recentibus ingeniis occurramus, ne scilicet in grassatorum illorum manus incidant ac protinus conficiantur.* Hîc apud nos viros bonos et fideles aliquot esse ad hanc rem attentiores tibi assero, et certè in officio pro se sedulò quisque facit. Sed *jam ingenti eorum hominum multitudine tantùm non opprimimur, ita ut nunc tuam tuorumque similium operam hîc summopere desideremus. Tuum erit munus non minùs necessarium quàm utile, si nonnulla in hanc sententiam collegeris,* ut scripsisti, et ea eleganter, ut probè nosti, descripseris, *quibus ferocia crescentium ingenia*[7] *ab illa patenti via deflecti possint,* ac prudenter eam inire viam edoceantur quam primus stravit JESUS, atque in eam usque tanquam manu adducantur. Quod ut faustum fœlixque sit Deum Opt. Max. queso et filium ejus JESUM CHRISTUM oro.

Cæterùm, *quod ad communes res nostras attinet,* nescio quid rectè scribam : *tanto sunt in errore et lapsu, ut in brevi ruinam*

[7] L'écrivain semble avoir omis un mot : *sophistarum,* peut-être. *Crescentium* indiquerait la propagation rapide de la secte. Dans le livre mentionné plus haut (n. 5), Calvin dit, p. 31 : Elle a « tant pullulé, que c'est quasi une contagion publique. »

minitentur[8]. *Tot impendent nobis undique calamitates et plagæ, ut non dubitem nos diu hoc statu non consistere posse.* Idque dudum mihi presagit animus. Hoc Deus avertat, in cujus manu ac potestate nostra omnia sunt sita! Vale et me commendatum habe.

Tuus quem nosti CAPNIUS.

Post has ad te scriptas litteras, dum illas amico meo communicarem, cui et tuas quondam legendas dederam, *ea quæ maximè à me exigeres prætermisisse sum admonitus, teque maximè desiderare ut illorum hominum mores, habitus et conversationes in rep.*[*ublica*] *nostra tibi deliniaram* [l. *delinearem*]. Quod mihi longè facilius erit, quàm id quod suprà conabar. Primùm quidem sunt ejusmodi homines lauti, nitidi, obesi, μαλθακοί, nihil voluptatum omnium quæ terra marique conquiri possunt, non affectantes : potant egregiè, mensas Siceliis illis lautiores ponunt, denique diffluunt undique voluptatibus, sicque agunt omnia tanquam postrema nullamque posthac rationem admittentia, et si quando doloribus morborum anguntur, tum maximè voluptatum agmina sibi asciscunt, quibus dolores illos inferiores reddant ac tandem in voluptate provoluti vincant. Et si quando illis bene cessit, egregia illa facta et hanc inventam artem predicant : sic pulchre dolores, morbos, anxietates et cetera hujusmodi depelli posse admonent. Interim omnium metum et religionem deponi jubentes, palamque et intrepidè hæc dictitant, eam licentiam projectamque audaciam luxuriosæ vitæ legibus nostris non coërceri prospicientes.

Inter hæc sunt elati admodum, contumaces, et veloces eorum pedes ad effundendum sanguinem, ita ut quotidie sublatam illam potestatem vitæ et necis in servos nostros deplorent et conquerantur. Dicunt non magni interesse totius reip.[ublicæ] si quis in negotio fratrem circumvenerit, preterea et eum qui gloriam ex animis hominum sustulerit, alas virtuti precidisse, legemque nostram multis preclaris et bene natis ingeniis ea de causa obstitisse, multosque tandem degenerare coëgisse. Sic nos tanquam degeneres, ταπεινοὺς καὶ ἀσήμους despicientes, uxores suas quàm

[8] Allusion à la situation périlleuse des Évangéliques français (N° 1149, n. 18, 20).

possunt arctissimis superstitionibus imbuunt, eo jure et vinculo eas retineri et devinciri posse judicantes, suam interim luxuriam in alias passim exercentes. *Quidquid a principe etiam nephandissimum sancitum sit, retineri volunt ob*[*stinatè*]. *Lutheranos interfici debere censent, sibi interim pulchre caventes* [in sermonibus], εὐτραπελίαν ubique exercentes, *cum religiosis de religione pulchre disserentes, cum doctis eruditè, cum superstitiosis superstitiosè, denique ita versipelles et* πανουργοί, *ut ab incautis non facilè intercipiantur,* neque tamen comparandis plausoribus et asseclis interim defatigantur, *novitiis quibusdam et incautis insusurrantes, Deum optimum hominem non creavisse ut tandem perpetuo supplicio daret :* id de Deo existimare impium esse persuadentes, perpetuumque illum ignem miris scommatibus irridentes, *contendentes passim religionem nostram nihil preter verba habere, eam neminem usquam assecutum nec potuisse assequi, tritum illud in ore habentes : vivere, bibere et lætari,* summeque non φιλόσοφοι ἀλλὰ φιλόζωοι, hodieque majores nostræ familiæ his perstrepunt, nec nos verentur, quos norunt et leges timere et potestatibus odiosos esse. Addam quod preterea illi non dissimulant, *de Mose* sentientes, prudentissimum illum ducem et præfectum rei militaris extitisse, quem cum Deo, tanquam Numa cum sua Egeria, collocutum aiunt.

Hec sunt quæ breviter [de] illorum moribus perstrinxi, quibus eos tanquam leonem ex unguibus dignoscere poteris. *Quæ omnia si pulchre depinxeris, illos,* mihi crede, *mordebis et punges acerrimè.* Vale iterum et rescribe, si quid in tantis occupationibus ocii aliquando nactus eris[9].

(Suscription :) A Monsieur Monsieur Dépeville.
A Monsr Monsr Despeville, Seigneur d'Apremont[10].

[9] La date approximative paraît devoir être fixée entre le mois d'octobre 1542 (n. 4) et le mois de mars 1543 (Voyez la lettre de Fumée à Calvin placée à la fin d'avril 1543).

[10] Dans l'édition de Brunswick « seigneur *dapant.* » Les éditeurs n'ont pas remarqué que les dernières lettres de ce mot sont surmontées d'un long trait horizontal, qui serait superflu s'il fallait lire *dapant.* D'ailleurs *Apant* est un nom imaginaire, tandis qu'il existe en Picardie deux localités, *Eppeville* et *Apremont,* qui étaient qualifiées de seigneuries au temps de Calvin.

1192

NICOLAS [D'AUXERRE] et J. BONIVOYE au Conseil de Berne [1].

(De Vullierens, 1542 ou 1543 [2].)

Inédite. Minute originale [3]. Mscrit de notre collection.

Très magnificques et très redoubtés Seigneurs et Princes,

Humblement se présentent par devant vostres excellences *Nicolas* [*d'Auxerre*] et *Jehan Bonivoye,* lesquelz, de vostre louable prudence et bénignité, sont ministres, à sçavoir : le dit *Nicolas* à *Ligneroles* [4] et le dit *Bonivoye* à *Villeren.* Et vous exposent que, au commencement qu'ilz ont eu charge du ministère, chascung en son lieu, ne congnoissans point les meurs et manières du peuple, ont vrayement tasché les gaigner au Seigneur, mais par aultre moyen et faceon que le dit peuple ne porte : tellement que les dits ministres congnoissent, par expérience, ceste faulte empescher que le peuple ne soit tant édifié comme il est bien requis [5]. Et voyent que, pour le bien

[1] Voyez, sur *Jean Bonivoye* aliàs *de Brilly,* le t. VII, p. 36-38.

Nicolas d'Auxerre figure pour la première fois dans la correspondance des Réformateurs. Nous ne savons pas si *d'Auxerre* était son nom de famille, ou s'il l'avait reçu comme natif de la ville d'*Auxerre* (département de l'Yonne).

[2] Voyez la lettre suivante, note 1.

[3] Nous l'avons complétée, dans quelques passages, au moyen de deux autres rédactions qui sont aussi de la main de Bonivoye.

[4] Village situé au pied du Jura, à 1 ½ l. N.-O. de la ville d'*Orbe.*

[5] Plusieurs des ministres venus de France durent éprouver des difficultés pareilles. Le peuple des campagnes était très ignorant, parce que les villes seules avaient des écoles, et il ne pouvait comprendre que des sermons très simples. Encore n'est-il pas certain que le français littéraire y fût compris partout. Un ancien pasteur nous a raconté, qu'au début de son ministère dans une paroisse reculée du canton de Vaud, il dut souvent s'exprimer en patois pour être compris de ses catéchumènes.

Un autre pasteur écrivait en 1789 : « Il n'y a pas quatre-vingts ans, que dans les meilleures maisons du Pays de Vaud on ne parlait presque que *patois* : il était nécessaire de s'en servir, soit avec ses domestiques, soit

de l'église, seroit trop plus convenable de faire permutation, congnoissans qu'ilz n'ont aulcun moyen d'y subvenir que de vous exposer leur cause. En laquelle ne demandent ne prétendent sinon que chascung, selon son petit pouvoir, serve plus facilement au profit de l'église et honneur de vostre saincte République. A ceste cause, les dictz ministres en toute révérence supplient les vostres Illustres et magnifiques Seigneuries, que vostre bon playsir soyt ce concéder et octroyer, que le dict *Nicolas* aye charge du ministère à *Villeren,* et le dict *Bonivoye* à *Lignerolles* [6]. Et prient voz Seigneuries vouloir avoir agréable la requeste de voz humbles serviteurs. Lesquelz de bon cœur prient le souverain Seigneur avoir en sa garde les vostres excellences et magnificences, et les maintenir en toute bonne prospérité.

1192bis

[JEAN BONIVOYE et NICOLAS D'AUXERRE] à P. Kuntz, à Berne.

(De Vullierens, 1542 ou 1543 [1].)

Inédite. Minute originale. Mscrit de notre collection.

....Prædicata humanitas [tua] bonam spem facit... ut solito

avec les gens de la campagne; il mettait plus d'égalité, plus de cordialité dans le commerce de la vie, et plusieurs termes de l'agriculteur et du berger n'avaient et n'ont encore aucun vrai synonyme en *français* » (Philippe Bridel. Course de Bâle à Bienne par les vallées du Jura. Bâle, 1789, p. 118).

[6] *Bonivoye* n'obtint pas ce qu'il désirait. Il fut élu, en 1541, pasteur du village de *Lonay,* situé à 3/4 de lieue N.-E. de la ville de Morges. *Nicolas d'Auxerre* vint prendre sa place à *Vullierens,* et, suivant une habitude que nous avons mentionnée (VI, 101, n. 102; VII, 288, n. 4), on l'appela dès lors « maître *Nicolas de Vullierens* » (Voy. les Mémoires de Pierrefleur, p. 383). Ce pasteur, dont Calvin, Farel et Viret ne parlent presque jamais dans ce qui nous reste de leur correspondance, devait être un homme de mérite. Ce qui le montre bien, c'est qu'on le jugea digne, en 1557, d'aller servir *l'église de Paris.* Le 4 septembre, même année, il y présidait, rue St.-Jacques, l'assemblée protestante qui fut assaillie par la populace, à l'instigation des prêtres.

more tua munificentia ac liberalitate utamur apud magnificos Principes, ut sicut tuis auspiciis concredita fuit nobis provincia promendi Evangelii, iisdem pariter, tuo ipsius beneficio commoditatem nanciscamur illud fructuosiùs efferendi. A principio namque, dum pro viribus adniteremur plebem nostram lucrifacere Christo, — quòd ignota nobis esset natura et ingenium populi, — non quem maximè decebat modum adhibuimus : quod certè plurimùm nos angit et cruciat, atque id non injuria, quando quidem nos in mala ducit seria, ita ut videamus nullam spem instaurationis nobis superesse præterquam in te uno, cujus subsidium tanquam supremum jugiter oramus. Tu igitur, pro tua admirabili facundia, et *hîc tui observantissimis patrocineris,* eorumque partes apud Illustrissimos Principes suscipere velis, *quò ego, qui Villerani onus ministerii sustineo, eo fungar Lignerolis, et Nicolao, qui nunc Lignerolis agit, Villerennensis ecclesie moderatio demandetur.* Hoc è tua benigna prudentia (quam sciunt abundè perspicere quicquid sit in rem Ecclesie) exorent (*sic*), qui tua opera summo cum emolumento sunt usi. Et profectò sic confidimus in Domino fore ut nunquam te ejusmodi in favore peniteat. Vale, observandissime *Conschene,* et hanc efflagitatricem postulationem æqui bonique consulas precor. Deus Opt. Max. tua sancta studia tueatur et provehat!

1492ter

JEAN CALVIN à Michel [Varod [1]] à Genève.
(Genève, 1542 ou 1543 [2].)

Autogr. Arch. de Genève. J. Bonnet, o. c. I, 67. Calv. Opp. XI, 482.

Seigneur Michel, ce paovre homme est si fort maléficié en son corps, que c'est pitié, et mesmes horreur de le veoir. Il dict que

[1] Le millésime est déterminé approximativement par ces deux faits : *Bonivoye* était encore pasteur à Vullierens en 1541, et *Pierre Kuntz,* selon une note de Christophorus Piperinus, mourut à Berne, le 11 février 1544.

cela ne luy est pas venu de paillardise. Pource que c'est chose pitoiable, il vous plaira de regarder s'il y auroit moien de le secourir : affin qu'il ne pourrisse. Je le vous recommande d'aultant plus hardiement, que je pense qu'il soit de la ville. Car s'il estoit estrangier, j'aviseroye de moy-mesme d'y proveoir en quelque sorte : affin de ne donner point occasion de crier, comme on faict. Mais puis qu'il est d'icy, j'en faiz moins de difficulté.

Vostre frère et bon amy
JEHAN CALVIN.

1193

PIERRE TOUSSAIN à Matthias Erb, à Riquewir.

De Montbéliard. 1er janvier (1543).

Inédite. Autographe. Archives ecclés. de Bâle.

S. Respondi nuper[1] ad epistolam tuam, frater in Domino chare et observande, et obsecro te per Christum Jesum et tuam pietatem, *ne meum in te animum æstimes ex officio literarum* : nam amare semper vacat, scribere sæpe non vacat. Et firmiore vinculo conjunxit nos Dominus, quàm ut chartaceis machinis simus retinendi. Quæ ad te scribo, quòd nuper Illustris Princeps et Dominus noster clementissimus *Georgius Comes, Sigismundo nostro*[2] scripserit, mirari se quî fiat ut tam rarò ad te scribam[3] : quod si ullo contemptu fit, contemnat me Dominus Deus : sed sum natura, ad scribendum præsertim, tardus et segnis. Id quod oro boni consulas tibique persuadeas, me te ac tuos symmystas

[1-2] M. l'archiviste Sordet a écrit cette note sur la lettre autographe : « Adressée, je crois, à *Michel Varod,* procureur de l'hôpital en 1542. »

[1] Lettre du 20 novembre 1542.

[2] *Sigismond Stier,* chancelier du comté de Montbéliard.

[3] Ce détail fixe l'année. Le comte *Georges de Wurtemberg* avait quitté *Montbéliard* en juillet 1542, lorsque son neveu *Ulric* vint s'y établir, et il s'était retiré à *Riquewir,* au milieu de ses domaines de l'Alsace. Écrivant de Riquewir à son ancien chancelier, il pouvait bien, en 1543, se plaindre du silence de *Toussain :* mais en janvier 1542 le même reproche eût été impossible.

omnes amore summo ac veneratione prosequi. Vale in Domino. Mombelgardi, Calendis Januarii (1543).

Tuus ex animo P. Tossanus.

(Inscriptio :) Fidelissimo ecclesiæ Richenvillensis pastori Matthiæ Erbio, fratri suo unicè charo et observando.

1194

LE CONSEIL DE BERNE au doyen et aux jurés de la Classe de Lausanne.

De Berne, 2 janvier 1543.

Inédite. Minute originale. Arch. de Berne.

L'Advoyer et Conseil de Berne, nostre salutation.

Honorables, sçavants, chiers et bien-aimés !

Nous avons, ces jours passés, receu les lettres que nous avés escriptes de la congrégation de Vivey du premier jour de novembre dernier passé [1], et le contenuz d'icelles bien entenduz. Sur lesquelles avons advisé de vous tenir quelques propos et faire response. Dont est nostre vouloir que vous ayés à [vous] transpourter ver nous, que soyés icy Dimenche quatorziesme jour de ce présent moys, au soir [2]. En ce ne faicte faulte. Datum, IIa Januarii 1543.

(Suscription :) Aux honorables, sçavants, nous chiers et bien-aymés, maistres Françoys [3], Doyen, Pierre Viret, Johan de Tornay, Johan le Grue et Jehan Rebit [4], Jurés de la Classe de Lausanne.

[1] MM. de Berne avaient reçu, en outre, « *le livre* » mentionné par la Classe de Lausanne dans cette même lettre du 1er novembre (Cf. p. 176, renv. de n. 19), et une dénonciation d'*Antoine Marcourt,* qui accusait *Viret* de s'être exprimé grossièrement, dans l'assemblée de *Verey,* sur le compte de LL. EE.

[2] Manuel de Berne du samedi 30 décembre 1542 : « Relativement au blâme que *les prédicants de Lausanne* ont formulé sur l'affaire des biens d'Église, le Conseil entend la lecture des rapports secrets sur le mémoire

1195

BÉAT COMTE à Rodolphe Gualther, à Zurich.

De Lausanne, 5 janvier 1543.

Inédite. Autogr. Bibl. de Zurich. Copie communiquée par M. le pasteur A. Bernus.

Gratulor tibi sanctum istud ac venerabile conjugium [2], Rodolphe suavissime, Deumque Opt. Max. rogo, ut in eo pulchra te prole parentem faciat, atque etiam longos et jucundos annos cum tam honesta et modis omnibus laudanda uxore exigere. Ceterùm valde cupio abs te certior fieri de statu *ecclesiæ vestræ*, quæ sanè mihi in paucis est observanda et sacrosancta. Jesus Christus velit eam nobis diu conservare! Deinde abs te scire cupio, si *quid novorum librorum istic* sub prælis habeatur. Et quoniam intellexi *sacra Biblia* typis excudi [2], mitto ad te *epi-*

présenté par *Viret* au colloque de *Vevey*, mémoire dans lequel l'avoyer [*J.-J. de*] *Watteville* est blâmé nominativement comme acheteur de biens d'Église. Sur quoi, *Watteville* — après avoir produit un billet qui l'accuse de retenir un *cens* de vin et un cens de blé de *la cure de Ponterouse*, — dit que le blâme de *Vevey* provient, à son avis, des susdits cens, et il demande que mes Seigneurs lui indiquent le nom de la personne qui leur a communiqué ce billet ; car il veut se défendre par la voie du droit.

« On lui assure que mes Seigneurs le tiennent pour excusé. Le billet en question, relatif aux biens de la cure de *Ponterouse*, n'a pas été interprété à son désavantage, mais [il a été écrit] seulement afin de constater les revenus de la d. cure et de s'entendre plus facilement avec lui sur la garantie que mes Seigneurs ont été tenus de lui donner, pour quelques cens qu'il a achetés [en 1532] des chanoines de Lausanne. » (Trad. de l'all.) Voy. les Additions.

Le procès-verbal ajoute immédiatement après : « Citer ici, pour le 14me jour à partir de demain, *Viretum et reliquos satyricos stoicos.* »

[3] *François Martoret du Ririer*, pasteur à Vevey.

[4] *Jean de Tournay*, pasteur à Aigle. *Jean le Grus*, pasteur à Montreux. *Jean Rebit* ou *Ribit*, professeur de grec à l'académie.

[1] Le mariage de *Rodolphe Gualther* avec *Regula*, fille d'Ulric Zwingli, avait été célébré en juillet 1541 (VII, 207, n. 26).

gramma de verbo Dei querendo[3]. Audio aliquid esse à te carmine scriptum[4] : quod si verum est, non gravaberis ad me mittere, siquidem eo scriptorum genere valde soleo delectari : quo fiet ut tu à nobis versus aliquos sis postea adcepturus. Vale. Laus. nonis Januar. 1543.

D. *Heynrichum Bullingerum* plurimùm salvere cupio.

Tuus ex animo B. Comes Donzarensis.

(Inscriptio :) D. Rodol. Galthero, viro mihi in paucis charo. Tiguri.

1196

SIMON SULTZER à Jean Calvin, à Genève.

De Berne, 8 janvier 1543.

Autographe. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 112. Calv. Opp. XI, 495.

S. Utinam sit integrum tibi, Calvine frater, crebriùs quàm soles, ad me scribere : esset unde novam subinde voluptatem ac recreationem caperem, neque eam prorsùs sine meo ecclesiæque nostræ emolumento, quippe qui *tuis me consiliis ac monitionibus erigi atque juvari sentio.* Sed enim quia id minùs tibi licet, propter peculiarem quandam eamque maximè seriam adque communem ecclesiam spectantem occupationem, qua te inpræsentiarum audio admodum distringi[1], moderatiùs literarum tuarum desiderium fero, ut quod publico bono compensatum iri nihil ambigo. Dominus Jesus pios tuos conatus dignetur pro-

[2] La Bible traduite en latin par les pasteurs et professeurs de Zurich parut en 1543.

[3] Cet *epigramma* de *Beatus Comes* arriva trop tard pour être inséré dans les pièces liminaires de la Bible précitée.

[4] *Gualther* avait composé quelques vers latins pour l'un des ouvrages de Bullinger, son bienfaiteur (Schola Tigurinorum Carolina. Tiguri, 1664, p. 115). Cf. aussi E. Camillo Rudolphi, o. c., p. 34.

[1] Allusion à l'écrit que préparait *Calvin* contre *Albert Pighius.*

vehere! Ac interim cœptam scribendi sedulitatem non intermittam ego, quòd et semper tantum esse temporis à negociis vacui esse credam, ut vacet perlegere amici epistolam, et boni te consulturum quod ab homine tui studiosissimo proficiscatur.

imposition des mains, qui n'est chose fort nécessaire, la reste [estant] bien constituée et gardée. Car telle vocation ne peut ni doibt estre estimée contraire à l'ordre et vocation observée en la première Église, veu que les ministres sont tousjours les premiers qui en disent leurs avis et bon semblant.

3. *Concernant les venditions des biens appelez ecclésiasticques, s'esbahissent mes Seigneurs qu'en cela l'on les veut calomnier*[5], veu les effortz qu'ilz ont faictz d'adresser [l. de dresser] les estatz des ministres et escholes, hospitaulx et tout cela en quoy les dictz biens se doibvent employer, compris les aulmosnes extraordinaires, les gaiges des officiers et aultres choses, desquelles se rend annuellement conte d'ung grand déboursement[6] : oultre lesquelles *le Pays conquis* est tellement hypothéqué et chargé de cens, que possible ne seroit à mes Seigneurs d'iceluy tenir, régir et protéger, sinon par le moyen des venditions qui se font : sinon qu'ilz voulsissent pour le Pays conquis dissiper et aliéner les revenuz de leur pays ancien et siège paternel : ce qu'ilz ne sont délibérez de faire pour chose du monde, encore moins de tailler leurs anciens subjectz, qui se sont aydez à conquester le dict pays en leurs propres despens et deniers. Et s'il est question de faire tailles et impostz aux subjectz du Pays conquis, mes Seigneurs vous laissent juger si la misère et paovreté du peuple ne requiert plustost d'estre soulagée que tellement taillée et pressée, veu que telles tailles ne tombent que sur les paovres, si l'on veult observer à la noblesse les anciennes franchises, par lesquelles, de tous temps, icelle a esté exempte, et oultre ce participante aux exactions et tributz imposez aux paovres. Et si l'on veult dire que ne l'ung ne l'aultre se doibt faire, respondent mes Seigneurs que, plustost que d'acquiescer à cella, ilz rendroient le pays en prenant les frais et missions pour iceluy

suivant, le Petit-Conseil, en élisant *Claude Borreaul* [Barrault?] pour être diacre à Lausanne, ordonnait à la Classe de ce nom de n'envoyer à Berne aucun candidat sans le consentement du Bailli.

[5] Ce n'est pas une allusion à la requête du 1er novembre 1542, mais bien au *livre* contre la vente des biens ecclésiastiques (n. 1, renvois de n. 7, 9).

[6] Sous le rapport de la bienfaisance, le gouvernement bernois était l'un des meilleurs de ce temps-là. On peut affirmer que MM. de Berne, économes par esprit d'ordre, se montraient généreux pour toutes les infortunes.

soubstenuz, [plustost] que de le tenir en telle forme et charge importable que présentement il est constitué, — vous laissant penser si cela serviroit plus à l'honneur de Dieu et profit du paovre peuple, et mesmement aussy des *prédicans,* que de vendre, les possessions et terres maltraitées par les admodieurs. *Et, pour les raisons susdictes, disent mes Seigneurs et entendent que les prédicans du dict Chapitre de Lausanne, auteurs du traicté composé contre la distraction des biens ecclésiasticques*[7], *ne se debvroyent tellement eschauffer, ni faire si soudain jugement,* sans mieulx peser les circonstances de la matière et les raisons mouvantes mes Seigneurs à suyvre ce conseil, ce qui les eust gardez de composer tel traicté. *De quoy, pour l'advenir, mes Seigneurs veulent estre desportez et non souffrir telles reproches et calomnies imméritées. Car si cela plus advenoit, ilz y pourvoiront en telle sorte que les détracteurs n'en rapporteront ni honneur ni profit.*

Et, pour conclusion, se sont mes Seigneurs résoluz que *le serment par lequel les prédicans s'obligent de tenir secretz les actes de leurs congrégations*[8], ne doibge aulcunement déroger ni estre préféré au serment et debvoir qu'ilz ont à mes dictz Seigneurs en choses concernant leur bien et honneur. Item, que *les Baillifz* ne soyent excluz des congrégations et colloques, afin qu'ilz oyent et congnoissent si en aulcuns lieux l'on cesse ou deffault d'exécuter les mandemens et ordonnances de mes Seigneurs, si les vices demeurent impugniz, et aultres faultes qui requièrent émandement, pour, selon leur charge, y obvier [et] tant mieulx faire leur debvoir, se chastiant aussy eux-mesmes, quand par les prédicans du colloque en seront au besoing fraternellement admonestez. Par tel commun accord pourra croistre l'honneur de Dieu et l'édiffication de l'Église : à quoy mes Seigneurs de tout leur pouvoir tendent, ne desirans chose en ce monde plus fort que l'advancement du royaume de Nostre Seigneur : ne pensant avoir jamais entreprins ni pensé le contraire, ou faict acte pour lequel l'on les puisse tirer en suspicion sinistre, ni agrédir par *exemples de sacrilège Judas et aultres, hors de propoz au traicté susmentionné*[9] *induictz* : desquelz à l'advenir chascung se gardera, faisant deuement son office sans insolences : qui sera chose aggréable au Seigneur Dieu et à mes Seigneurs.

[7] et [9] Cf. le N° 1196, note 13, et le N° 1200, note 14.

1205

SIMON SULTZER à Jean Calvin, à Genève.

De Berne, 13 février 1543.

Autogr. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 112. Calv. Opp. XI, 512.

Salve, mi frater. *Quis fuerit eventus negocii quod Classi Lausanensi cum senatu nostro intercessit, ex Vireto indubie prolixè cognovisti*[1]. *Nunc hîc super ea re prorsùs siletur*[2]. Sed novo scandalo subinde agitatur ecclesia à reditu nostri *Erasmi*[3], qui et pro concionibus sui est similis, et forensem controversiam sic agit, ut ea in parte omnem ætatem trivisse judicari possit : adeò mirandis artibus litem in longum protrahit, quæ et pacificè componi (quod detrectavit) et finiri citiùs potuit. Interim offensione horribili ministerium commune convellitur, necdum adparet ullus harum ærumnarum portus, ut mihi etiam vita acerba fiat hæc spectanti mala, idque eo tempore quo oportebat ὁμοθυμαδὸν publicis calamitatibus occurrere. Dominus misereatur nostrî !

Ex *Germania* nihil accipimus novi, neque a *Bucero* et *Farello* etiam. Expectamus tamen novum rerum multarum nuncium per *Jo. Maiorem nostrum*, qui ad successionem, in locum defuncti ludimoderatoris nostri, accersitur publico tabellario urbis[4]. Ex eo quicquid cognovero, faxo mox scias. *Frater qui*

[8] Tome IV, p. 411. — Ruchat, IV, 417.

[1] Aucune des lettres de Viret à Calvin n'est relative à cette affaire.

[2] En revanche, on en parlait beaucoup à *Lausanne*. Berne faisait écrire, le 16 février, au bailli de cette ville : Parlez aux prédicants et aux autres : dites-leur qu'ils restent tranquilles, qu'ils laissent chacun continuer ce qui le regarde, et qu'ils ne fatiguent pas mes Seigneurs avec des affaires de si petite importance.

[3] *Érasme Ritter*. Nous ne savons rien du procès civil qu'il aurait intenté à ses collègues.

[4] *Joannes Telorus* (en all. *Endsberg*) gymnasiarque à Berne, y était mort le 8 janvier 1543 (Journal de Christophorus Piperinus). La nomination de son successeur est mentionnée en ces termes dans le Manuel du

has perfert oriundus e Sicilia est, et abjurata monastica religione, in qua *Neapoli* vixit 15 annis, huc se contulit ante menses quatuor[5], ubi à magistratu benignè exceptus tornario artificio discendo ejusdem sumptibus incubuit : atque ita sese omni vita gessit, ut testimonium fidei innocentiaeque amplissimum mereatur. Ad vos autem exacta hyeme se confert, quòd *istic* in sua etiam lingua religionem synceram doceri audiat, et *hospites Italos* etiam agere. Eum tibi commendo, ut qua soles pietate cæteros, hunc quoque peregrinum et advenam complectare. Bene vale, vir ornatissime et frater in Domino venerande. Bernæ, 13 Februarii Anno 1543. Cursim.

Salutat te peramanter *Contzenus* noster, cui scias *Viretum* plenè reconciliatum[6], et *Beatus, Gryn.*[*æus*], *Telamon*.

T. SULTZERUS.

(Inscriptio :) Viro doctiss. Dn. Joanni Calvino, Genevensis ecclesiæ antistiti, symmistæ et fratri observandissimo suo.

1206

JEAN CALVIN à Philippe Mélanchthon, à Wittemberg.

De Genève, 1re moitié de février 1543.

Dédicace de l'ouvrage intitulé : « Defensio sanæ et orthodoxæ doctrinæ de servitute et liberatione humani arbitrii, adversus calumnias Alberti Pighii Campensis. Authore Joanne Calvino. Genevæ, per Joannem Gerardum. 1543. » Petit in-4°. (Voyez Paul Henry, Das Leben Johann Calvins, t. III, Beilagen, p. 203. — Calvini Opera, Brunsvigæ, t. VI, p. XXIV, 230-231.)

11 janvier 1543 : « Le petit *Meyer* (Meyerly) de Bätterkinden est admis en qualité de *principal* (Schulmeister). » Le chancelier Giron a écrit, à la suite, cette remarque : « Lutheranus et Buceranus, compositus est ex duobus corruptis. » Cf. le N° 1164, note 6. *Jean-Henri Meyer* mourut à Berne, le 24 novembre 1546 (Journal précité).

[5] Il paraît être arrivé à Berne vers le 10 octobre 1542. Dès le 19 octobre il n'est plus appelé « ce Napolitain, » mais *Vito de Sicilia*, et il est entretenu à l'hôpital jusqu'au 10 février 1543.

[6] Voyez la lettre de Sultzer du 8 janvier, après le renvoi de note 11.

1207

JEAN CALVIN à Philippe Mélanchthon, à Wittemberg.

De Genève, 16 février 1543.

Sylloge Epistolarum a Burmanno edita, II, 229. Calv. Opp. XI, 515.

Vide quàm pigro ventri literas tuas dederis. Eas enim vix quarto demum mense mihi reddidit, et quidem multo attritu jam disruptas ac laceras [1]. Hoc tamen ipsum quòd vel serò ad me pervenerint, magno in lucro posui. Nam dum eas huc atque illuc circumfert, mirum quòd non alicubi reliquerit. Ergo utcunque ejus negligentia singularis gaudii fructu privatus ad tempus fuerim, facilè tamen veniam à me impetravit, ubi eas recepi. Utinam verò, sicut dicis, sæpius nobis, saltem per literas colloqui liceret. Tibi quidem nihil inde accederet, mihi autem nihil foret in hoc mundo optabilius quàm in literarum tuarum suavitate acquiescere.

Vix credas quanta hîc negotiorum mole premar atque urgear. Sed inter has angustias duæ res sunt quæ me plurimùm excruciant : quòd mihi legitimus operæ meæ fructus non constat, deinde quòd abs te paucisque aliis tantopere dissitus, illo quod me imprimis juvare posset consolationis genere destituor. Verùm quando ne hoc quidem optionis nostræ esse convenit, ut locum sibi quisque arbitrio suo deligat ubi serviat Christo, in ea nobis statione manendum est quam cuique nostrûm destinavit. Hoc saltem nobis nulla regionum longinquitas eripiet, quin hac conjunctione, quam Christus sanguine sus consecratam spiritu quoque suo in cordibus nostris sanxit, contenti, dum vivimus in terra sustineamur beata illa spe ad quam nos literæ tuæ revocant : in cœlis nos simul perpetuò victuros, ubi amore amicitiaque nostra fruemur.

Cæterùm quòd *in lucubratione quam nuper edidi, abusus sum*

[1] Cette lettre de Mélanchthon, écrite dans l'automne de 1542, n'a pas été conservée.

tuo nomine[2], hoc vel amori erga te meo ignoscas, vel tuæ humanitati concedas peto. Inter multas rationes quibus eò adductus fui, hæc non postrema fuit quòd *Sadoletum Pighius* delegerat cujus nomine suas nugas venditaret. Verum ideo subticui, ne mihi ad comparationem descendere necesse foret. Neque tamen hîc longa excusatione utar, cum testatus fuerim me fecisse quæ mihi per tuam humanitatem benevolentiamque, quam mihi defers, licere certò confiderem.

De rebus nostris multa sunt quæ scribam, sed hoc ipsum est quod me tacere cogit, quia nullum finem invenirem. *Laboro hîc et fatigor mirum in modum, proficio mediocriter. Et tamen mirantur omnes me tantùm proficere inter tot impedimenta, quorum magna pars est ab ipsis ministris*[3]. *Hæc tamen mihi magna est laborum levatio, quòd non tantùm hæc ecclesia, sed tota quoque vicinitas fructum aliquem sentit meæ præsentiæ*[4]. Adde quòd nonnihil in *Galliam* usque et in *Italiam* redundat[5].

Statum vestræ Germaniæ non sine acerbissimo dolore audio. Nec leviora sunt mala quæ timeo quàm quæ lugeo. Nam si verum est quod narratur, *Turcam* majoribus rursum copiis bellum instaurare, quis obstabit quominus longè lateque pro libidine grassetur? Et quasi parum esset, turpiter dilapso exercitu, tot impensas frustra profudisse[6], tantum accepisse dedecoris, præterea præcipuum roboris florem primùm continua peste triennii, deinde hac postrema lue perdidisse, nunc multò graviùs ab intestinis dissidiis laboratur. Necdum tamen tam acriter perculsi *nostri Principes* expergefiunt, ut dare discant Christo gloriam. Hoc tamen me nonnihil recreat, quod aiunt *Coloniensem* et alios quosdam ad repurgandas ecclesias animum seriò adjecisse[7]. Neque enim parvam accessionem esse duco quòd *episcopi*, ex quorum ordine nullus adhuc nomen Christo dederit, nunc sub-

[2] L'ouvrage de Calvin contre *Pighius* (N° 1206) est dédié à Mélanchthon. Il parut vers la fin de janvier 1543, mais trop tard, semble-t-il, pour figurer à la foire de Francfort.

[3] A comparer avec le t. VII, pp. 410, 411.

[4] Calvin ne se rendait pas utile seulement par ses livres. Dans toutes les questions importantes, les pasteurs du pays romand recouraient à ses conseils.

[5] N°s 1186, 1226, renvoi de note 2.

[6] Voyez la note 2 du N° 1196.

[7] A comparer avec les N°s 1167, notes 4, 6-7 ; 1210, renvoi de n. 3.

lata manu profiteri ab idolo romano defectionem incipiant. Tantùm nunc advigilandum et enitendum est nobis ut eorum cursum promoveamus, ne ex dimidio Christo pejus monstrum renascatur. Interea *romanus pontifex* jam concilii simulacrum *Tridenti* ostentat [8], ut orbem expectatione suspensum aliquantulùm adhuc retineat ac moretur. Sed Deus non patietur diutius sibi illudi. Fallor, nisi hic annus maximam rerum conversionem parturiat, quæ brevi emergat. Sed jam nimis multa.

Vale igitur, vir modis omnibus ornatissime mihique semper in Domino colende. Dominus te diu servet incolumem in gloriam nominis sui et ecclesiæ suæ ædificationem. Miror quid sit causæ cur tamdiu Danielem tuum domi suppressum teneas [9]. Neque enim me lectionis ejus fructu privari æquo animo patior. D. *Martinum* [10] reverenter meo nomine salutes quæso. Habemus hîc *Bernardinum Senensem,* magnum et præclarum virum, qui suo discessu non parùm *Italiam* commovit [11]. Is ut vobis suo nomine salutem adscriberem petiit. Vale iterum cum tua familia, quam Deus semper custodiat. Genevæ, 14 Calendas Martias 1543.

1208

BÉAT COMTE à Rodolphe Gualther, à Zurich.

De Lausanne, 1er mars 1543.

Inédite. Autographe. Bibl. de Zurich. Copie communiquée par M. le pasteur Aug. Bernus.

Valdè mihi dolet quò abs te ne literam quidem toto jam seculo adceperim : idque eò fero dolentiùs quò pertinaciùs

[8] Le pape *Paul III* avait convoqué le Concile à *Trente* pour le 1er novembre 1542.

[9] Le commentaire de Mélanchthon sur le prophète Daniel parut à Wittemberg et à Leipsic en 1543 (Cf. Camerarii de Vita Mel. edidit Strobelius, p. 552).

[10] *Martin Luther,* qui avait fait saluer *Calvin* au mois d'octobre 1539, et, peu de temps après, s'était informé de lui très amicalement (VI, 131, 165).

[11] Nos 1163, n. 14 ; 1171, n. 8 ; 1175, renvois de note 5-6.

silere pergas, etiamsi te literis meis ad scribendum sæpiùs provocarim. Quanquam falli hîc possum, et fortassis tibi redditæ non sunt literæ meæ. Quare tu da operam ut primo quoque tempore de rebus tuis omnibus, præsertim de tua valetudine, deque studiorum tuorum progressu certiorem me facias, idque aliqua bene longa epistola. Juvenis ille cui ad te novissimas dedi literas, nostras est et bene natus. Quamobrem eum ut commendatum habeas, te iterum atque iterum vehementer rogo.

D. *Bullingerum* si meo nomine salvere jusseris, rem te facturum arbitrabor omnino mihi gratam. Cui quoque dicas velim, esse in *Gallia* doctum quendam hominem, qui in hoc scribat argumentum : « Multa quidem et alia signa fecit Jesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc [1]. » Ex quo putat fulciri, ac quo jam pacto lapsus est, reedificari ordinem antichristianum, papisticum. Quare tu hac de re virum illum sanctum et doctum [2] admonebis, ut non tela previsa minùs feriant. Vale, plura non licet, populo expectante me in concionem. Laus. Cal. Martiis. M. D. XLIII.

Tuus ex animo B. Comes Donzarensis.

Heus, penè exciderat me lapsum una syllaba in epigrammate quod ad te scripsi novissimè [3]. In caussa fuerunt Ministri aliquot, qui me subinde tunc clamore suo turbabant, quum scriberem. Tu verò sic restitues : *Cursu Pegasum vincere oportet equum.*

(Inscriptio :) Rodol. Galthero Tigurino, viro doctissimo et mihi charissimo. Tiguri. A Zurich.

[1] Évangile selon St. Jean, XXI, 25.

[2] Scil. *Bullingerum.*

[3] Voyez la lettre de *B. Comte* à Rod. Gualther du 5 janvier 1543.

1209

CONRAD PELLICAN à Jean Calvin, à Genève.

De Zurich, 3 mars 1543.

Autographe. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 110. Cal. Opp. XI, 517.

S. Quæ de communibus christiane pietatis negociis scribenda sunt, piissime doctissimeque Calvine, *Bullingerus* noster exequitur tecum, ut ejusmodi nihil, scio, à me petas. Ego nihil aliud habeo quàm desiderium profectus magnifici per te et tuos passim fratres ampliandi in *Gallias,* et salutis incolumitatisque tue, ut in agro Dominico operosè, fideliter et fœliciter promoveas ad gloriam Dei et animarum salutem.

Accusatus est verò *nobiscum, nescio de quibus verbis injuriosis,* candidissimus amicus meus et vir sanctus *Guillelmus Farellus,* quasi dixerit nos Tigurine Ecclesie perfidos doctores et minimè sinceros ac deceptores [1]. Id ego non credo dixisse, mirarerque, si dixisset, qua ratione et quibus nostris demeritis provocatus dixisset. Si tu quidpiam in causa pietatis et doctrine nosti à nobis perperam ac insincerè, vel contra sanum intellectum Scripture scriptum vel dictum, obsecro vel me non celes, etsi velis secreto servandum, ad emendationem morum vel doctrine. Dolerem valdè *talem et tantum virum* contra nos qualibet ratione justè permotum nostra culpa, vel sua injustè, quod ægrè crediderim. Et hæc tibi in aurem dixerim. Ulcus enim apud quosdam nostrorum suppurascit, qui preter meritum et falsò sic nos traduci à tanto viro credunt et dolent.

Est verò quod abs te vel a Domino et fratre meo *Vireto* officium exposco. Cupio enim *Francisci Vatabli Parisiensis editiones hebraicas textus sacri* consequi, si qui sunt venales vobiscum, in illa forma qua jam nunc habeo Esaiam, Ieremiam, Danielem, XII Prophetas minores : hos enim, inquam, jam

[1] Voyez la réponse de Calvin du 18 avril, et la lettre de Pellican du 13 mai.

dictos quidem habeo. Optarem autem residuos quoque consequi, ut sunt Salomonis libi tres, Pentateuchus, Ezechiel, Iob et Psalmi, in eadem ut dixi forma, ob literam majusculam quæ mihi seni foret gratior [2]. Si qui nunc tales venales sunt vobiscum, harum lator mihi adferet et precium à me suscipiet dignum. Age per te vel alium ut sciam quid mihi sperandum.

Dominum et fratrem *Viretum* cupio in Domino semper cum ecclesia tecumque gaudentem. Commendatos, credo, habes tibi *viros exules Italos* bonos. Et qui nobiscum sunt duo [3], bene et habent et agunt Dei gratia et hominum charitate. Vale in Christo Domino nostro. Quid *Metis* agatur prorsùs ignoro. Cupio autem ut omnia ad gloriam Dei et consolationem fidelium. Tiguri 3 Martii 1543.

Tuus totus CONRADUS PELLICANUS.

(Inscriptio :) Piissimo doctissimoque theologo Joh. Calvino, Ecclesiæ Genevensis pastori sancto et fidelissimo, Amico colendissimo.

1210

PIERRE TOUSSAIN à Matthias Erb, à Riquewir.
De Montbéliard, 4 mars 1543.

Inédite. Autogr. Arch. de l'église de Bâle.

S. *Cancellarius noster* [1] nuper mihi *Lugduno* reverso [2], literas tuas pietatis ac benevolentiæ erga me plenas reddidit : gratissi-

[2] C'est la belle édition in-4° de l'Ancien-Testament en hébreu publiée à Paris de 1539 à 1544 par Robert Estienne (Voy. Maittaire. Stephanorum Historia. Londini, 1709, II, 19). Les théologiens zuricois s'en étaient servis pour leur traduction latine de l'A.-T., achevée d'imprimer en 1543.

[3] Leurs noms nous sont inconnus.

[1] *Sigismond Stier.*

[2] On pourrait croire que Toussain a écrit par distraction *reverso*, au lieu de *reversus*. Mais ce dernier mot ne s'expliquerait pas. Le chancelier, venant de *Lyon*, aurait-il pu remettre à Toussain une lettre écrite de *Riquewir*, ville de l'Alsace ? Il s'agit donc, en réalité, d'un voyage de Toussain à Lyon.

mumque fuit quod ille mihi *Principis nostri Georgii* jussu narrarit, *Archiepiscopum Coloniensem, Monasteriensemque ac Mindensem Episcopos Christi evangelium recepisse*[3]. *In Gallia florent literæ, multaque sunt illic præclara ingenia, ac infiniti mortales verbi Dei studiosi : tametsi paucos invenias qui,* ob tyrannidem ac sævitiam Episcoporum, Magistrorum nostrorum[4] et monachorum, potiùsque Regis Christiani, *liberè confiteri audeant. Lugduni* conjectus est in vincula *Doletus ille* qui nobis *latinæ linguæ Commentarios* scripsit[5], qui, nuper eductus ut causam diceret coram Synagoga Pharisœorum rogatusque ab Inquisitore fidei[6] (ut vocant) an crederet in Deum, respondit « se meliùs illo credere, et aliquid se præterea credere ac scire, quod ille non crederet. » Roganteque Inquisitore quidnam illud esset, « Ego, inquit, credo ac scio te asinum esse et hypocritam, id quod tu non credis[7]. »

Quòd scribis, *Principem nostrum Georgium* daturum semper operam ut *Dux Christophorus*[8] pergat promovere negotium

[3] *Hermann de Wied,* archevêque de Cologne, et *Frantz de Waldeck,* évêque de Munster, d'Osnabruck et de Minden (Seckendorf, III, 418). L'affirmation de Toussain était prématurée, quant au second de ces prélats.

[4] Les mots *nos maîtres* désignaient ordinairement les docteurs de la Sorbonne.

[5] Voyez Joseph Boulmier. Estienne Dolet. Sa vie, ses œuvres, son martyre. Paris, 1857, p. 108, 110, 113-117, 146, 284.

[6] Frère *Matthieu Orry,* élu inquisiteur de la foi par lettres-patentes du 30 mai 1536 (N. Weiss. La chambre ardente, p. XVII). Il rendit, le 2 octobre 1542, avec *Estienne Faye,* official et vicaire de l'archevêque de Lyon, une sentence par laquelle ces deux personnages déclaraient « le dit *Dolet,* maulvais, scandaleux, schismaticque, hérétique, fauteur et deffenseur des hérésies et erreurs, et comme tel le délaissoient réaulment au bras séculier » (Procès d'Est. Dolet, cité par Boulmier, p. 219).

[7] Joly (Supplém. au Dict. de Bayle) et Boulmier, o. c. p. 220, ont publié les vers suivants d'un contemporain :

« Dolet, enquis sur les poincts de la foy,
Dist à Orry qui faisoit son enqueste :
« Ce que tu crois, certes ! je ne le croy ;
« Ce que je croy ne fut oncq en ta teste. »
Orry, pensant l'avoir prins, en feit feste ;
Luy demanda : « Qu'est-ce que tu crois doncq ? »
« Je croy, dist-il, que tu n'es qu'une beste ;
« Et suys certain que tu ne le creus oncq. »

[8] Le duc *Christophe de Wurtemberg,* fils d'Ulric et neveu de Georges,

Christi, me non parùm exhilaras, quandoquidem *multa hîc sunt adhuc quæ reformatione ac correctione opus habeant,* quum hîc cuivis liceat quidvis impune, multaque quidem ædicta adversùs publica flagitia vulgentur, sed mandatorum hujusmodi transgressores non puniantur. Adhæc pessimo exemplo feruntur Sacrifici, Consiliarii et officiarii, qui nunquam audiant verbum Dei, sed palàm declarent se ab Evangelio alienos. Quod malum, scio, non hîc reliquisset nobis *Comes Georgius,* si in sua manu fuisset tollere, sed cujus nunc suasu posset *Dux Christophorus,* natura clemens et pius, huic malo mederi. Ego, quoties *cœnam Domini* singulis annis celebres, item an participaturi sese antea Ministro representent, quò fidei suæ rationem reddant [9], adhæc an illam ægrotis privatim administres, scire cupio, et tuam super his audire sententiam [10].

Vale in Domino, frater et amice integerrime, meque Illustris Principis nostri *Georgii* clementiæ semper commenda. Et boni consule hanc epistolam, quam ego raptim ac tumultuanter ad te scripsi, quum *Cancellarius noster* significaret se habere ad te nuntium. Mombelgardi, 4 Martii 1543.

Tuus P. Tossanus.

(Inscriptio :) D. Matthiæ Erbio, ecclesiæ Richevillensi pastori, fratri suo et amico integerrimo, Richevillæ [11].

1211

PIERRE VIRET à Guillaume Farel [à Gorze.]

De Lausanne, 15 mars 1543.

Inédite. Autographe. Bibl. des pasteurs de Neuchâtel.

S. *Postulabas literis quas fratri* [1] *ad me dederas, ut te de statu*

avait pris en main (juillet 1542) le gouvernement du comté de Montbéliard.

[9] *Calvin* avait institué pareil examen dans l'église française de Strasbourg (1540, t. VI, p. 223, 224).

[10] Voyez la lettre de Toussain à Erbius du 29 juillet 1543.

[11] Le verso porte un billet écrit en allemand [par *Stier ?*] et adressé à Matthias Erb.

nostro ac totius ecclesiæ facerem certiorem. At quò minùs id præstem obsistunt plurima. Primùm ipsa rerum natura de quibus scripturus essem, quæ eo sunt genere ut non tutò literis committi possint. Deinde, *si ab ovo quæ contigerunt exordiar, mihi opus nascetur longius Iliade,* ac verè, quod dicitur, Ilias κακῶν. Nam *mihi agenda ac peragenda fuit fabula multò molestissima ac verè* τραγικωτάτη, cujus adeò turbulenta fuit epitasis, ut nihil aliud mihi præsagire, ex iis quæ gerebantur, jure potuerim, nisi exitum lugubrem ac verè tragicum, nisi deus, velut ἀπὸ τῆς μηχανῆς, mihi repentè apparuisset, qui catastrophen afferret spe mea lætiorem [2]. Sed *ab hujus narratione lubens super[se]deo, tum quòd animus meminisse horret, tum quòd sperem te à fratre* [3], *cui sunt satis omnia comperta, latiùs ac tutiùs auditurum.* Nolo enim rem aggredi, nisi totam à calce ad caput describam, quod nimis operosum esset, et hoc tempore non vacaret periculo, præsertim in tanta viarum difficultate, in quibus omnia intercipiuntur [4]. At ne frustra ac temerè te cruciem, *hoc tibi persuadeas velim, Dominum mihi ac suæ ecclesiæ mirabiliter adfuisse, ac ita eventum temperasse, ut nos laborum non pœniteat* : quem magis atque magis deinceps nostros conatus fortunaturum speramus, quamvis nobis vetus hostis multis modis et hactenus à nobis non expertis, exhibuerit ac denique exhibiturus sit negocium.

Verùm *permittamus nos totos ipsius voluntati, cujus te clementiæ commendamus, ut brevi aliquid abs te muncii lætioris accipiamus,* quod propediem futurum confido [5]. *Non enim adduci possum, quin credam Dominum istius tandem ecclesiæ* [6] *misertu-*

[1 et 3] *Gauchier Farel,* qui était parti pour *Gorze,* lorsque son frère *Claude* fut de retour à Neuchâtel le 24 janvier (Nos 1199, 1201).

[2] Ne pouvant entrer dans les détails sans se plaindre de MM. de Berne, *Viret* se restreint à une vague allusion aux tracas et aux ennuis qu'il avait endurés. Les causes de ces tracas sont connues. Il suffit de les énumérer : La requête du 1er novembre 1542 (N° 1174), le livre sur la vente des biens ecclésiastiques, la délation perfide d'*Antoine Marcourt,* et l'obligation, pour *Viret,* de comparaître, à plusieurs reprises, devant les magistrats bernois (16, 17, 18, 20, 22, 24, 25 janvier 1543). Voyez les Nos 1194, 1196, 1200.

Le « dieu-machine » fut peut-être J.-J. de Watteville ou l'ambassade que LL. EE. décidèrent, le 25 janvier, d'envoyer à la Classe de Lausanne.

[4] Plainte fréquente à cette époque.

[5] Les événements du 25 mars donnèrent à cet espoir un cruel démenti.

rum, atque eò potentiùs suam exerturum potentiam atque gloriam, quò pertinaciùs et inclementiùs hostis antiquus renititur. Quis enim credat summum illum pastorem oves quas sanguine suo mercatus est, despectui ac contemptui habiturum? *Quis* verò *dubitet ibi oves esse Christi, ubi tanta ariditate ab omnibus accurritur ad sacrosanctum Evangelii pabulum, quo nihil ardentioribus votis expetitur?* Quis denique non sibi persuadeat, veteratorem illum valdè premi ac præsagire sibi proximum exitium, qui tantopere sibi metuat et extrema omnia moliatur? At non erit ἀκονιτί victoria, alioqui parùm esset gloriosa, sed Christi beneficio futuram speramus ἀναιμωτί. Tu igitur, divino fretus auxilio, majus in dies, ut soles, robur animo concipe. Quòd *si nondum venerit hora, necdum velit isthic Dominus tua opera uti*, quod vix tamen mihi persuaderi patior, *committe omnia ejus arbitrio et providentiæ cui militas*. Nostri te omnes salvere jubent, qui et ipsi salvi sunt. Nam *liberavit nos Dominus peste quæ in corpora grassabatur, atque utinam ab animorum peste breri liberet*[7]! Saluta meo nomine fratres omnes. Lausannæ, 15. Martii. 1543.

Tuus P. VIRETUS.

(Inscriptio :) G. Farello, Verbi ministro fideliss., fratri et amico chariss.[8]

1212

PIERRE KUNTZ à Jean Calvin, à Genève.

De Berne, 20 mars 1543.

Autographe. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 109. Cal. Opp. XI. 518.

S. Rariùs, fateor, quàm animorum nostrorum exposcebat charitas, ad te scribo, Calvine dilecte, quem mihi fratrem in Domino

[6] L'église de Metz.

[7] Les grands adversaires de la Réformation à Lausanne ne désarmèrent que beaucoup plus tard.

[8] L'indication écrite sur la 1re page par une main plus récente : « Nota du 14 May 1543 » est erronée. Olivier Perrot a reproduit cette fausse date.

amplexor desiderantissimum. Porrò, *etsi olim,* dum ea fortassis duraret et rerum injuria et simul fatorum passim inclementia, *nonnihil dissiliisse videri poterant animi*[1], *in bonum tamen cooperata sunt utrisque omnia, adeò ut toto nunc corde gratias agam Domino, qui nos pro sua bonitate reconciliare dignatus fuerit utrinque*[2]. Penes me igitur nihil fuci, nec putridæ simultatis hæret ampliùs, Calvine optime, quippe qui tam certam spem de tua conceperim jam charitate, qua amplexaris omnes quotquot sinceram diligunt veritatem. *Ne ergo hæsites,* volo, *quominus constantem existimes me fratrem inveniri et amicum integerrimum,* cum ob id maximè quòd sciam nobis in ipsa pietatis doctrina convenire solidè, tum verò quòd tu quoque eandem veritatem aliis passim cupis notam fratribus, quos pro gratia tibi a Domino in hujus ministerii sortem luculenter concredita, ad sanctam unitatem et communem ecclesiæ Dei ædificationem tanto instruis ac provehis studio : primùm quò ipsi verbum Dei intelligant purè, deinde ut in ecclesia Christi id ipsum dispensent fideliter, et demum sacra Christi symbola tractare discant quàm augustissimè. Certus sum ergo, frater in Domino observande, id unum omnibus quidem votis jam æstuare pectus tuum, ut semel in unum coalescamus animi sensum, idem sapiamus in Domino.

Hanc igitur cum novi te in pectore gestare mentem, non potero non me tuæ credere fidei, sperans fore propediem, Calvine, quo paulò rectiùs semel formentur multa, quæ usque in hanc horam desiderentur à nobis omnibus. Jam etenim cum meis in summa fatisco rerum angustia, procurante nobis eam invidiæ tempestatem quorundam sitibunda ambitione, qui nobis plebem ferè totam impudenti nimis mendacio exacerbarunt impiè[3]. Sed videbit Dominus et dijudicabit inter nos, quinam

en tête du résumé qu'il donne de la présente lettre (Vie manuscrite de Farel). — Au verso, l'annotation ancienne : « *Viretus* ad *Farellum* ab anno 1543 ad 1558. » C'était l'étiquette des lettres de Viret conservées à Neuchâtel dans les archives des pasteurs.

[1-2] Il suffit de comparer cette lettre avec le t. IV, pp. 379-384, pour s'assurer que les relations de *Pierre Kuntz* avec *Calvin* s'étaient entièrement améliorées. Leur réconciliation datait, en réalité, du retour de Calvin en Suisse (Lettre de Sultzer du 6 oct. 1541, t. VII, p. 284, 285, renv. de n. 3-7 ; p. 286, avant-dernier §).

[3] Vu les faits mentionnés précédemment (Nos 1137, n. 2 ; 1147, n. 2 ;

sint quorum malitia turbetur ecclesiæ tranquillitas. Tu vale in Domino, boni consulens has meas qualescunque ineptias. Salutant te fratres, cumprimis *Sulzerus*, quem tibi nosti devinctissimum. Bernæ, 20 Martii anno 1543.

Tuus in Domino
PETRUS CONZENUS.

(Inscriptio :) Clarissimo viro D. Joanni Calvino, Genevatum episcopo vigilantissimo, fratri sibi in Domino observando.

1213

JEAN CALVIN à Pierre Viret, à Lausanne.

(De Genève, 24 mars 1543.)

Copie contempor[1]. Impr. en partie dans les Calv. Epp. 1575, p. 375. Calv. Opp. XI, 521.

Mitto ad te *literas Pellicani*[2], ut ipse quoque mecum cogites quorsum vergat quod scribit de *Farello*[3]. Tametsi suspicabar me sub illius nomine potiùs notari, mihi tamen in mentem venerat ipsum simpliciter excusare, de me tacere prorsùs. Nihil tamen facturus sum donec consilium tuum mihi exposueris. Nam quia de libris quos petit, nihil certi habeo, expectabo donec è nundinis redierit *Guillelmus*[4]. *Antonius*, ut scis, receptus est, idque sine ulla controversia[5]. Sic sapiunt fratres, ut nihil meliùs judicaverint quàm tot flagitia silentio abolere. Fieri non potest, quin Dominus ad hanc nostram socordiam vindicandam brevi

1167, renv. de n. 2), il est vraisemblable qu'*Érasme Ritter* et ses adhérents faisaient accroire au peuple que *Sultzer*, *Kuntz*, etc., travaillaient à changer la religion et à se faire adjuger une plus grande autorité au sein de l'Église.

[1] Elle est de la main de Charles de Jouvilliers.

[2] Lettre de Pellican du 3 mars, et réponse de Calvin du 18 avril.

[3] Bèze a supprimé *de Farello* et tout ce qui suit jusqu'à *de libris*.

[4] *Guillaume du Bois*, ex-associé du libraire imprimeur *Michel du Bois* (VII, 252, n. 3-4).

[5] Il ne s'agit pas d'*Antoine Froment*, mais d'*Antoine Marcourt*, que

tribunal conscendat. Mihi per *Matthæum*[6] indicavit, se hortatu *Sulceri* redire mecum in gratiam cupere : sed qua lege ad hanc reconciliationem descenderem ? Cæterùm, si colloquium semel petierit, Dominus viam aperiet.

Nuper disceptationem habuimus cum Senatu : sed quæ statim fuit composita. *Renuntiaverat nobis Syndicus in Consistorio, Senatum jus excommunicandi sibi retinuisse*[7]. *Continuò excepi, decretum hoc aut morte meu aut exilio sanciri oportere.* Postridie vocavi fratres : ex eorum consilio postulavi a Syndicis, ut Senatum nobis extra ordinem darent : annuerunt, etsi non libenter. Illic longa et gravi oratione de tota re disserui : obtinui nullo negotio quod petebam. Quantùm intelligo, acriter increpiti auctores : quos si nescias, divinare tamen potes. Bene vale. Dominus te custodiat et semper gubernet suo spiritu, frater mihi dilectissime. Saluta mihi *Ribittum, Imbertum*[8] et reliquos[9]. De *Bellomontano*[10] nihil scribo, quia si ad *Reginam* proficisci cogitat, *hac* iter faciet. Est autem *Regina* ipsa *Neraci*[11]. Neque illinc recedet ante partum[12]. Pridie Paschatis (1543[13]).

JOANNES CALVINUS tuus.

MM. de Berne avaient élu, le 8 mars, pasteur à *Versoix*, dans la Classe de Gex.

[6] *Matthieu Geneston* ou *Matthieu Blanch ?*

[7] En vue de la communion de Pâques.

[8] *Jean Ribit*, professeur de grec, et *Imbert Paccolet*, professeur d'hébreu à Lausanne.

[9] Bèze a supprimé le paragraphe suivant jusqu'à *partum*.

[10] Monsieur de *Beaumont* (VII, 288, n. 7).

[11] *Marguerite*, reine de Navarre, résidait alors à *Nérac*, dans la Guyenne.

[12] A propos de la lettre de *Marguerite* à François I que nous avons reproduite dans le t. VII, p. 389-392, et qui est, selon Génin, du mois de décembre *1541*, nous en avons cité une autre (p. 390, n. 2) du 29 décembre, même année, où cette reine fait allusion à sa grossesse. Comme on ne peut guère supposer qu'elle fût dans la même position en mars 1543, il est possible que le mot *partum* se rapporte ici à la femme de *Beaumont*, et non à la reine Marguerite.

[13] Les détails relatifs à *Antonius* et à *Pellican* fixent l'année. Pâques tomba sur le 25 mars en 1543.

1214

PIERRE TOUSSAIN à Jean Calvin, à Genève.

De Montbéliard, 24 mars 1543.

Autogr. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 110. Cal. Opp. XI, 519.

S. Jamdiu est ex quo nihil ad te scripsi, vir colendissime, ut nunc propemodum scribere pudeat. Sed obsecro te per D. Jesum et tuam pietatem, ne meum in te animum æstimes ex officio litterarum, quum meam satis noveris negligentiam, et sive scribam ad te, sive non scribam, me tui nunquam capiat oblivio, teque amore summo ac veneratione prosequar. *Vehementer gaudeo Metis januam apertam esse, sed doleo maximè lupum jam aliquem novum subingressum*[1]. Et quanquam non ignorem quàm sis *istic* utilis et necessarius ecclesiæ Christi, cuperem tamen te *illic* esse[2], si id ulla ratione fieri posset, præsertim si *Farellus* non admittatur. Nec dubito quin sis semper facturus quicquid ad gloriam Domini pertinere judicaveris. *Bonnam* convenient[3] ad *Episcopum Coloniensem Philippus, Hedio et alii quidam eruditi,* ad Christi regnum propagandum. Hîc vivo, multis de causis, non sine labore ac molestia[4], tametsi (gratia Deo) *Dux Christophorus* animum pulchre adjungat ad Evangelium.

Cætera ex hoc nuntio intelliges. Bene vale in Domino, qui te quàm diutissimè servet cum *uxore* et familia. Saluta mihi diligenter fratres omnes, nominatim autem *Antonium*[5]. Monbelgardi, 24 Martii 1543.

Si istuc ad te venerit aliquis ex nostris, fac eum diligenter admoneas officii.

Tuus ex animo P. Tossanus.

(Inscriptio :) Vigilantissimo ecclesiæ Genevensis pastori D. Joanni Calvino, fratri suo observando. Genevæ.

[1] *Pierre Caroli ?*

[2] Toussain savait avec quelle sollicitude *Calvin* s'était jusqu'alors occupé de l'église de *Metz*.

1215

JEAN L'ARCHER[1] à Guillaume Farel [à Gorze.]

De la Neuveville, 27 mars 1543.

Autogr. Bibl. des pasteurs de Neuchâtel. Impr. en partie dans Calv. Opp. XI, 522.

JOANNES ARQUERIUS pio ac docto Gulielmo Farello gratiam et pacem a Deo.

Non opus est in præsenti, doctissime Farelle, uti vulgato illo exordio : si quid haberem quod ad te scriberem, facerem id, et pluribus. Tot enim et tantæ suppetunt res, ut unde initium sumam, nesciam. Tamen tentabo pro viribus de omnibus quæ multùm referre putavi te scire, certiorem facere. Antequam verò ad præcipua capita accedam, te per Christum oro ne putes me prorsùs oblitum tui, propterea quòd adhuc tibi non scripserim. Factum certè est partim negligentia, partim quòd nescivi semper eos qui ad te perventuri erant : quod si scivissem, non prætermisissem quin ad te literas non dedissem. Nunc ad rem.

Principio, *quantùm ad populum nostrum adtinet, non video cui similem dicam, nisi equo effreni* : nihil timet, nihil illum pudet, neque ullam putat se tenere legem. Cum causas tantæ impietatis et nequitiæ inquiro, cui imputem nescio, nisi quòd instare aut adesse arbitror tempus illud maledictum quo iniquitas abundabit, charitas refrigescet, et quo non erit fides super terram. Nam non solùm iræ, rixæ et dissentiones sunt inter populum, verùm etiam inter eos qui eum erudiunt. Non tantùm populus novitati studet, verùm *ministri*. Ut rationem nonnullorum tibi

[3] Dans l'édition de Brunswick, *convenunt*.

[4] Voyez le N° 1210, renvois de note 8-10.

[5] *Antoine Calvin*.

[1] Natif de Bordeaux. Son nom en latin est rendu par ces formes diverses : *Arcuarius*, *Archesius*, *Arquerius*, *Sagittarius*. En 1541, il était établi dans le comté de Neuchâtel (VII, 83, 274), peut-être en qualité de maître d'école. Plusieurs pasteurs débutèrent ainsi.

reddam, sic habe[2]. Superioribus diebus tanta fuit *altercatio inter bonum illum virum Tussanum et generum Capunculi*[3], ut vix componi potuerit. Nebulo ille, cum ob malefacta quædam, timens Principem, aufugisset, purgationes quasdam maledictis in *Tussanum* scatentes scripserat. Et erant ex nostris duabus sellis sedentes, qui utrique placere studebant; tamen bona pars recto pede incessit. Tandem res tota, gratia Deo, composita est. *Tussanus* enim in multis eum mendacii arguit et convicit. Quare coactus est *nebulo*, invitis omnibus qui illi favebant, culpam agnoscere et veniam deprecari. Hic est exitus hujus dissentionis, cui si interfuisses, dici non potest quàm graviter et iniquo animo tulisses.

Ut eorum quæ postremo loco dixi rationem reddam, sic accipe. Paucis ante diebus *Dux Virtebergensis*[4] *misit filio suo exemplar ordinationis* ecclesiarum totius suæ ditionis, *ut per Comitatum Monbelliardensem promulgare faceret*[5]. Hinc rediens *Michaël Dubitatus*[6] fratribus retulit cum magno animi dolore : asseverabat enim in illa multa indigna Christianis contineri; nihilominus tamen se recipere velle. Id cum audivissent *fratres valdè mirati sunt, quòd ea ecclesia semper habuerit cum eis omnia communia*[7], nunc ipsis insciis aliquid tentaret. Dicebat enim *Michaël* Ducem præcipere, ut erigerentur statuæ Christi, ut fierent orationes pro defunctis, et alia nugalia, quorum omnium nulla fit mentio.

Cum autem exemplar unum habuissemus, bone Deus, quomodo multi ex nostris irriserunt! Propterea quòd ibi mentio fit feriarum Christi, Apostolorum et aliorum quorundam, cœnæ ægrotis et [illis] qui ad mortem adjudicati sunt, communicandæ, festini baptismatis[8] : indigna quæ reciperentur multi ex nostris adjudicabant. Deinde quia ibi sunt variæ et multiplices orationes pro

[2] Ici commence le texte publié par les nouveaux éditeurs de Calvin.

[3] Ce « gendre » était *Jean Courtois* (Cortesius), pasteur d'abord à Glay, puis à Villars-lès-Blamont, dans le Montbéliard (VI, 204, VII, 47, 182).

[4-5] Cette Ordonnance, envoyée à son fils par le duc *Ulric*, ne fut imprimée qu'au mois de mai ou de juin 1543 (N° 1243).

[6] *Michel Dobt* ou *Doublé*, pasteur à Exincourt (VI, 204).

[7] Les églises réformées du Montbéliard ayant été fondées par *Guill. Farel*, avaient reçu de lui les cérémonies de l'Église neuchâteloise.

[8] Ed. de Brunswick : *festiri baptismatis*. Ce ne serait plus *l'ondoiement*.

statibus mundi et necessitatibus ecclesiarum, inter quas sunt pro fructibus terræ et animis in tribulatione existentibus, irridentes dicebant esse orationem pro animabus in purgatorio detentis[9]. Quæ cum rescivissem malè me habuerunt. Quorum omnium antesignani erant *Barbarinus* et *Gaspar*[10], quibus pro virili restiti. *Hoc* enim *testimonium fero de hac ordinatione, veram esse et divinam, nihilque esse quod non libenter reciperes.*

Ex illis intelligere potes, quàm plerique nostrûm sint pacis et pædagogiæ amantes. In dies et horas conqueruntur quòd populus non obediat Evangelio, quòd parvi faciat ministros : malum quidem vident, sed causam mali videre non possunt. Causa mali est, quòd multi non faciunt suum officium, et populus disciplina non regitur. Illi monachatum damnant, et tamen multi veri sunt monachi, hoc est, solitariam vitam agunt, non vigilantes super gregem[11].

Aliud est quod te scire volui. *Michaël Dubitatus* adhuc excitat disputationem de loco Math. 18, aitque vestrum articulum cum doctrina Christi ibi tradita pugnare[12]. Cui adhærent *Michaël Blasiensis* et *Gaspar*[13]. Horum omnium, mi Farelle, te admoneo, non ut te contristem (licet sciam te hæc sine dolore audire non posse), sed ut his malis remedium invenias. Oro te atque obtestor, ut ad fratres de omnibus diligentissimè scribas et ad communem pacem ecclesiarum adhorteris[14].

Hucusque tristia nuntiavi, læta nunc significabo. *Summarium* satis diligenter et emendatè impressum est[15]. Quidam ex fratribus cum inciderunt in locum, *quomodo ægroti petere debent cœnam sibi dari*[16], offensi fuerunt, dicentes te non debuisse hæc in lucem emittere, quin priùs fratribus communicasses[17]. Quibus

[9] Les innovations imposées par le duc *Ulric* aux églises du Montbéliard seront mentionnées dans quelques-unes des lettres subséquentes.

[10] *Thomas Barbarin*, pasteur à Boudri, et *Gaspard Carmel*, pasteur dans le Val de Travers.

[11] Ici le texte de l'édition de Brunswick est interrompu jusqu'à *Hucusque tristia.*

[12] A comparer avec le t. VII, pp. 78, notes 2-3 ; 171, renvoi de note 5 ; 172, 173.

[13] *Michel Mulot*, pasteur à St-Blaise, et *Gaspard Carmel.*

[14] Voyez la lettre de Farel du 31 mai (N° 1240).

[15] C'est le *Sommaire* de Farel (N° 1139, n. 19). Nous n'en connaissons pas d'exemplaire de l'année 1543.

respondi, te cum *Calvino* et *Vireto* contulisse[18]. Deinde *Nobiles Vasconiæ* nuper multa a *Rege* in favorem fidelium impetrarunt[19], ita ut maximè pœnituerit *Burdegalensem Senatum* combussisse quendam ex nostris[20]. *Doletus* multos egregios et utiles libellos gallicè impressit, nempe : *Novum Testamentum, Præcationes Biblicas, Fontem Vitæ, Adhortationem ad studium sacrarum literarum ex Patribus excerptam, Enchiridion militis christiani, Præparationem ad mortem*[21], et alios multos, qui, quantùm audivi, fructum multum fecerunt. Tandem in carcerem conjectus et hæreseos accusatus, *Luteciam* ductus est[22]. Quid illo factum sit nescimus.

Institui proficisci in *Galliam* intra mensem, at maximè vellem, si fieri posset, antequam irem, habere tuum consilium. Sunt mihi multa negotia, cum Evangelii, tum mei ipsius causa : quibus expeditis, Deo volente, mox revertar, et *per te ad Lutherum ibo*[23]. Hæc mecum delibero, nesciens quid Deus disponet. Faxit

[16] Voyez sur la distribution de la sainte Cène aux malades, la lettre de Farel à Calvin du 21 avril 1544.

[17] Vu la décision prise à Lausanne vers le milieu d'octobre ou le 24 novembre 1536 (IV, 188, renv. de n. 5).

[18] Ici, dans l'édition de Brunswick, nouvelle interruption du texte jusqu'à la date.

[19] Erreur. Cf. Ernest Gaullieur, La Réformation en Guyenne, t. I, p. 64-75.

[20] *Aymon de la Voye* (N° 1149, fin de la note 18) ?

[21] Dans sa Biographie d'*Estienne Dolet*, Joseph Boulmier donne *in-extenso* les titres des livres imprimés par cet humaniste.

[22] « *Dolet* recourut à la clémence royale.... Mais il ne dut son salut et sa liberté qu'à l'intervention de *Pierre du Chastel*, alors évêque de Tulle. A certain cardinal (probablement *François de Tournon*) qui lui reprochait de prendre fait et cause pour des misérables,.... *du Chastel* répondit : « J'ai « pour moi l'exemple des Apôtres et de tous ceux qui, par leur sang, ont « cimenté l'édifice de notre sainte Église. Il m'apprend, cet exemple, que le « véritable rôle d'un évêque consiste à détourner l'esprit des rois de la « barbarie et de la cruauté, pour le porter à la mansuétude, à la clémence, « à la miséricorde. Vous donc, qui m'accusez d'oublier mon titre de prélat, « sachez, monseigneur, que je puis à plus juste titre, rétorquer cette accu- « sation contre vous : Nous sommes deux ici d'opinion contraire. Eh! bien « l'un remplit le devoir d'un prélat : c'est moi ; l'autre fait le métier d'un « bourreau : c'est vous ! » (Vie de P. du Chastel, en latin, par Pierre Galland, 1674. — Procès de Dolet. — Boulmier, o. c., p. 220-223).

Le roi fit grâce ; mais malgré ses lettres de rémission (juin et 21 septembre 1543), *Dolet* ne sortit de prison que le 13 octobre suivant.

Deus, si in rem Ecclesiæ suæ futurum sit, permittat : sin minùs, impediat. Hæc sunt quæ volui ad te scribere. Deum Opti. Maxi. oro, ut te servet à malo et aperiat tibi ostium, ut Evangelium longè latèque propagare et promulgare possis. ad gloriam divini nominis et proximi ædificationem. Amen. Amen. Amen.

Si sit aliquid in quo possis opera mea uti, obsecro te ut uti digneris, et gratissimum mihi feceris. Sum enim totus tuus. Datum Novæ villæ 27. Martis 1543.

(Inscriptio :) Doctissimo viro Gulielmo Farello [24].

1216

GUILLAUME DE FURSTEMBERG au Conseil de Berne.

De Strasbourg. 29 mars 1543.

Inédite. Manuscrit original. Arch. de Berne. Copie communiquée par M. R. de Sinner.

(TRADUIT DE L'ALLEMAND.)

Nous, GUILLAUME, COMTE DE FURSTEMBERG, nous vous informons que diverses circonstances, et surtout la prédication du salutaire évangile de notre Sauveur Jésus-Christ, nous ont obligé de nous mettre en état de légitime défense et de maintenir dans leurs convictions chrétiennes quelques personnes de la cité de *Metz,* qui en avaient été exilées à cause de ce même Évangile [1]. Mais, dès le début, alors que nous étions à l'œuvre et, en apparence, près de réussir (ce que nous aurions sans doute obtenu avec l'aide de Dieu), les conseillers et ambassadeurs envoyés par LL. EE. les nobles princes et seigneurs *Ulric,* comte

[23] Veut-il dire : en passant par Strasbourg et Metz, — ou : j'aborderai *Luther,* moyennant votre recommandation ? C'est peut-être de *L'Archer* que parle Farel au commencement de sa lettre du 31 mai (N° 1240). De son voyage en *France,* nous ne savons rien.

[24] Farel dut recevoir à Strasbourg la présente lettre. Il a écrit au-dessous de la suscription : « *Jo. Arcquerius.* »

[1] Nous avons indiqué d'après Paul Ferry les noms de ces exilés (N° 1165, note 2).

de Wurtemberg, *Philippe,* landgrave de Hesse, nos gracieux Seigneurs, et aussi par les deux honorables Villes de *Strasbourg* et de *Francfort,* se sont interposés avec tant de zèle entre nous, d'un côté, le Conseil de la ville de *Metz* et les susdits exilés, de l'autre côté, que, le 16 mars dernièrement écoulé, nous nous sommes, grâce à eux et par une convention bilatérale[2], mis à l'abri de toute affaire litigieuse, et que cette convention sert et est applicable immédiatement pour tout dommage qui, autrement, serait irréparable.

Cependant, pour ce qui regarde la salutaire doctrine de notre salut, elle devait être à l'avenir enseignée et prêchée librement, purement, comme il convient, en indiquant le contenu de la convention.

rent D. *Comiti* et suis militibus; *verùm Metenses et alii cum eis, si qui egrederentur, capti detinerentur. Ideo Guisanus petebat Metenses, sed me non postremum, quum Gallus essem. Germani, cum post excursionem gallicam Metenses cepissent in arcem, ut unà viverent et morerentur, ut dici solet, noluerunt hæc concedere, sed ut omnes eadem egrederentur conditione* : quod peractum fuit obsignatis hinc inde literis. Sed non tunc frigebant preces, ob instans periculum et ea quæ absentibus fratribus timebamus[40] : conciones fiebant et psalmi canebantur magis convenientes iis qui versantur in magnis periculis : quod valdè displicebat aliquibus ex monachis et attonitos reddebat.

Inviserunt me aliqui Galli : unus præ se ferebat pietatem, alter adversabatur, tertius me objurgabat. Offerebat primus mansuro multa, seque tantum posse ut liberè secum agerem. Sed dum egrediendum esset, in me et aliis palàm fecerunt cujus gratia venissent, *nimirum ut me possent dignoscere. Ubi apparatus fiebat ad abitionem, eorum unus qui me sub noctem convenerat, ubi videt Metenses cum militibus velle egredi, inquit : « Non abibitis, o nequam, sed vos manere oportet. » Nunciatum id fuit ducibus Germanis* : qui statim illum dejerantem convenerunt, quid prohiberet abire pios? an nollent pactis stare, ut egrediantur omnes liberè? Ille ait : « Egrediantur, sed isti postremi : quid enim huic fæci hominum et canibus cum militibus virtute præstantibus? » *Constanter duces responderunt non egressuros se, nec arcem daturos, nisi medii egrediantur, inter pedites scilicet et equites.* Cum aliud non possent contra pios efficere, dum egrederentur[41], quicquid poterant convitiorum jactabant.

Ego in curru jacebam cum ægrotis, vestibus mutatis[42]. *Cum*

[40] Il faut lire, dans l'Épître adressée : *A tous cœurs affamez du desir... de l'Évangile* (Crespin, éd. cit. I, 447), les passages où *Farel* rappelle ses angoisses au milieu du péril, l'ardeur de ses prières et la délivrance qui les couronna.

[41] Dans la copie : *aggrederentur.*

[42] « Ils eurent le soin (dit Meurisse, p. 82)... de faire sauver leur ministre *Farel* au milieu d'une chartée de ladres, parmy lesquels ils l'avoient si bien caché, en luy enfarinant si bien le visage, et en luy donnant des cliquettes* en main, qu'on ne le put jamais reconnoistre. »

* Crécelle que portait chaque lépreux, et dont le crépitement avertissait les passants qu'on ne devait pas s'approcher de lui.

transirem, boni illi qui me inviserant, primi cœperunt vociferari, an conjectura, vel (quod non credo) *quòd me agnoverint tectum : omnino non moror.* Secreti sunt alii omnes, et erant aliqui ex iis qui nihil non audent qui jam ad currum accedebant, omnibus vociferantibus. Se[d] eques majestatis plenus, cujus vultus et ornatus indicabant non gregarium esse, eos[43] concitato equo currentes antevertit, voce gravi jubens : « Sinite, inquit, abire. » Si in egressu arcis ita actum fuit, et post jussum illius equitis cessatum fuit, — *ubi ventum fuit ad alveum limosum, in quo hæsit currus, triumphatum fuit : nam omnes Germani, fortè ne augerent suspicionem quòd in curru essem, præcesserunt. Relictus fuit solus currus, quem ambierunt equites Galli qui Germanos sequebantur, lanceis in currum directis.* Hic jubebat me Deum meum invocarem, ut me è limo educeret : ille, ut concionarer, sicque efficerem ut equi possent trahere currum : alius, ut sibi et aliis suum verbum Domini annunciarem, se bonam esse terram, cui meritò committi debet bonum semen verbi Domini. *Erat pars equitum italica* : quisque adnitebatur afferre aliquid quo superaret eum qui priùs loquebatur. Nemo tamen per nomen Domini jubebat me loqui, sed multi per nomen diaboli. Quid sanè[44] ? cum ad talia dolerem conviciantium vicem et peterem ut Dominus ignorantiam condonaret, tamen hîc in sinu tacitus, deridens hortationes illas, dicebam : « Alio oportet nomine ut extorqueas à me responsum, nam in istius gratiam nihil fecero. » Jubebant alii ut descenderem, nec posse currum moveri quamdiu in eo essem, et ad aurigam : « Nisi hunc scelestum jubes descendere et è curru deturbas, tam est onustus peccatis, non extrahes currum. » Et interrogabant aurigam quis essem, et *ægrotantem Germanum*, qui aliquid gallicè norat. Illis respondent, « se nescire, me nihil unquam locutum : quid agerem[45] nesciebant. » *Hæsimus supra dimidium horæ, et inde secuti sunt directis lanceis penè ad milliare gallicum, tantùm non injicientes mihi manum. Ita me alloquebantur quasi præsentiss.*[*imum*], *sed relut ab alio abstinebant manus.*

Quàm præsentem tunc senserim Dominum, et quæ veniebant

[43] Dans la copie : *iis*.

[44] Ibidem : *Quod* sanè cum ad *alia* dolerem, etc.

[45] Ibidem : *agerent*.

in mentem de Daniele et Semei, de conviciis Pharisæorum in ipsum Christum, non est quòd referam. *Oportebat id gaudii quod conceperam,* — visis fratribus et piis mulieribus, quæ sine aliqua injuria læti pergebant, gratias agentes, pro quibus petieram ut, eis liberatis, in me verteret Dominus unum quicquid erat, — *saltem militaribus colloquiis temperari, quibus nihil datum nisi proximè accedere et manum per se* [l. *persæpe ?*] *admovere, ut me tangerent : quod tamen non licuit, sed in verbis fusiss.*[*imè*] *: nec cessarunt quærere ubi essem donec navim ingressus sum*[46]. *Admonitus fueram ut probè me tegerem, quòd Guisanus ducentos coronatos diceretur offerre ei qui me cæderet.*

Non afferam quid Nomeniaci[47] *mecum egerit major, me adigens ut egrederer post solis occasum* : nec potuit adduci, licet rogatus ut jure gentium mecum ageret, cum ego poscerem prodire eos qui de me quererentur, et multa afferrem et divina et humana, et quid posset ei contingere, ubi res pervenerit ad notitiam eorum qui non lubenter audi[r]ent, et quos deberet timere. *Ad pagum fuit migrandum, ut exponerer faucibus pontificiorum, qui illic sunt plurimi, presbyteri et monachi*[48]. *Sed quamvis supra modum fessus, cum aliquot viris gravibus qui senes jussi sunt migrare a Metensibus* (carra[49] neque currus

[46] La garnison allemande qui avait livré au duc de Guise la forteresse de *Gorze,* le 28 mars, opéra probablement sa retraite le lendemain. Elle devait, pour rejoindre son chef supérieur, le comte Guillaume, se transporter à *Strasbourg,* dans la direction du S.-E. Nous supposons qu'elle descendit le vallon arrosé par le ruisseau de la Gorzia, et qu'étant arrivée au village de *Noréant,* à 6 kilomètres de son point de départ, elle traversa la Moselle au moyen du « bateau » (ou du bac) ici mentionné. La terre de Gorze finissait sur la rive droite et à peu de distance de la rivière.

[47] Dans la copie *Hommiaci.* Au lieu de ce nom imaginaire, Farel a sans doute employé le mot *Nomeniacum* ou *Nomenium,* nom latin de *Nomény,* petite ville située sur la Seille, affluent oriental de la Moselle, et à cinq lieues au moins de *Noréant. Farel* et les Messins dont il était accompagné ne pouvaient y arriver qu'à la fin du jour.

[48] Expulsés par l'officier de police de *Nomény,* et forcés de continuer leur pénible marche, les émigrants s'arrêtèrent enfin à *Domèrre,* village situé à 4 ou 5 l. de Nomény. Notre conjecture repose, du moins, sur ce fait que, dans l'*Atlas* de N. de Fer (1705), c'est le seul village voisin, plus à l'Est, qui soit indiqué comme ayant une abbaye d'hommes. Celle de Domèvre était de l'Ordre des Prémontrés.

[49] Dans la copie : *garia.*

neque equi haberi poterant), *diu in via egerim, tamen omnes incolumes, nullo damno accepto*[50] *huc venimus magna sanè misericordia Dei,* qui non deserit sperantes in se nec sprevit piorum preces : qui, ut intelligo, non pauci sunt passim, ut de te et symmystis tuis et nobis commissis ecclesiis taceam. Christus memor sit charitatis et affectus tam christiani quo pii *ecclesiam Metensem* prosequantur, et eorum quæ in ædificationem illius curant!

Galli pergunt, ut dicitur, persequi pios, et captivos abducunt quos habent descriptos. Currunt ad portas usque Metenses[51]. Interea pii pergunt, et qui illic docet[52] fertur constanter agere, licet tantùm festis agat diebus. *Carolus* contrà, cum suis abbatibus et viris, concionibus fecundis[53] valdè disertis instat me (quid non *Lausannæ* dicebat[54]?) cupitque ut liceat cum hæreticis agere[55] : quòd si *Ratisponæ* fuisset, omnes hæreseos convicisset. Ita insolescit apud suos abbates et id genus homines et multum affert detrimenti ecclesiæ nascenti, traducens omnes qui pietatem sectantur, totus in hoc ut pontificia fulcia[n]tur. Verùm spero Dominum non diu passurum tam graviter conviciantem veritati.

[50] Une lettre du duc *Antoine de Lorraine,* écrite le 16 avril 1543, et qui trouvera peut-être sa place dans l'Appendice, renferme ce passage intéressant : « Nous avons accordé libre passage aux gens que *le comte de Furstemberg* a laissés à *Gorze,* lors de son départ, ainsi qu'au prédicant *Farel,* lesquels en ont été chassés par *les Français.* On nous aurait su très bon gré de faire quelque mal à ce prédicant, ou de l'arrêter avec ses compagnons : ce qui nous eût été facile, non-seulement parce qu'ils étaient en petit nombre et que nous connaissions bien leur gîte, mais aussi parce que nous aurions bien su et pu, dans une autre occasion, les enlever de *Gorze* et d'autres lieux. Mais *nous n'avons pas voulu le faire.* » (Trad. de l'all.)

On a du plaisir à signaler ces sentiments de justice et d'humanité chez un parent du cardinal de Lorraine, du duc de Guise et du comte François d'Aumale.

[51] Voyez la fin du N° 1216 et la p. 312, lig. 12-14.

[52] *Guillaume Virot* (N° 1225). Nous ignorons ses antécédents.

[53] Dans la copie : *calicibus facundis.* La variante *fecundis* est en opposition avec *tantùm festis agat diebus.*

[54] Ibidem : *quid calami docebat.* La variante proposée par nous ferait allusion aux accusations d'arianisme que *Pierre Caroli* avait formulées à Lausanne contre Farel, Calvin et Viret, en février 1537 (IV, 183-187).

[55] Voyez la lettre de *Caroli* du 14 mai (N° 1230).

Hic fuit adductus agens (?)[56] : rogavit fratres *Metensium* ut consilio poscerentur qui *hîc* docent, quique summis viribus student *Metensi ecclesiæ* adesse. Quid Senatus laboret et quantùm, non est facile exprimere. Omnes qui nomen dederunt Evangelio et Principes et Urbes, quantùm audio, ex animo curant ut agatur [de] illa ecclesia, sed præcipuè *Landgravius, Saxo* et *Virtebergensis*, [et] cum hac urbe *Frankfort. Comes Guillelmus* aperuit viam, dum ageretur de pace inter eum et *Metenses*, quam pro pontificiis agebant componenda[m]. Hoc primum petebat, ut Verbum esset liberum et duæ darentur[57] ecclesiæ exulibus admissis, qui ob Verbum pulsi fuerunt. Sed puto te ex pio *Henrico Francho*[58], qui causam *Comitis* agebat, audivisse. Nam istuc profectum[59] intelligo. Multum huic viro debeo, quem meo cupio ut salutes nomine.

Si arriserit tam longa epistola, [gratias age] *Conrado*[60], *Buceri* diacono, qui me impulit ut fusissimè omnia scriberem : sin minùs, meam accusa imperitiam, qui nec aggredi nisi coactus aliquid possim, nec aggressus expedire. Faxit Christus ut lætiora posthac audias, ut puto te de *Bucero* accepisse, qui magno fructu Christum annunciat. Vale quàm optimè. Argentorati 20. Aprilis 1543, ut licuit modò huc modò illuc distracto. Boni omnia quæso ut consulas et quàm officiosissimè mihi omnes symmistas salutes, nec præterieris pios senatores, quibus opto *concordiam illam*[61] pro qua tantum dissudarunt, commendatam, ut si perfecta non sit, tandem absolvatur. *Vexilarium*[62] præcipuè salvum opto. *Frater*[63] salutem tibi dicit. Iterum vale.

Tuus totus Farellus.

(Inscriptio :) Pastori ecclesiæ Christi D. Osvaldo Myconio et multa pietate et fide et eruditione ornato. Basileæ[64].

[56] Le manuscrit porte ce mot abrégé : *agē*, qui semble indiquer un *agent* ou un *messager*.

[57] Dans la copie : *decentes*.

[58] Le capitaine *Henri Franck*. Peut-être avait-il été envoyé auprès du Conseil de *Bâle* par Guillaume de Furstemberg le 31 mars, jour où *Philippe Hosen* fut envoyé à *Berne* (N° 1217, n. 1).

[59] Dans la copie : *proferēn*.

[60] *Conrad Hubert* (VII, 294).

[61] Le traité de *Concorde* conclu entre les Zwingliens et les Luthériens et signé le 29 mai 1536.

1223

JEAN RIBIT[1] à Conrad Pellican, à Zurich.

De Lausanne, 22 avril 1543.

Inédite. Autogr. Bibl. de Zurich. Copie dans la Coll. Simler.

Salus per Jesum Christum! Nactus occasionem superioribus mensibus ad *Guilelmum Postellum*[2] scripsi : satisque multis verbis hortatus sum, ut quod esset pollicitus de *Grammatica Arabica* re ipsa præstaret, tandemque aliquando edere inciperet. Memineram enim te mihi, cum *istic* à vobis humanissimè acceptus essem[3], istud ipsum in mandato dedisse. Tui igitur nominis

[62] Le banneret *Bernhard Meyer*, membre du Conseil de Bâle (N° 1129).

[63] *Gauchier Farel*, qui avait remplacé son frère *Claude* auprès du Réformateur.

[64] Au dos, cette note, où il nous a semblé reconnaître la main du secrétaire genevois Claude Roset : « Double de missive de M. Guill. Farel à Myconius. »

[1] Voyez, sur *Jean Ribit*, professeur de grec, le t. IV, 288, VI, 180.

[2] *Guillaume Postel* (1505-1581) aussi connu par son profond savoir que par ses rêveries, était né de parents obscurs, dans un village de la Normandie. Orphelin de très bonne heure, il lutta pendant plusieurs années contre la misère. Mais étant devenu domestique du professeur *Jean Gelida*, à Paris, il put enfin étudier au collège de Ste-Barbe, où il professa bientôt lui-même, grâce au don extraordinaire qu'il avait pour la linguistique. En 1535, il accompagna à Constantinople l'ambassadeur Jean de la Forest, et fut chargé par *François I* de recueillir des manuscrits en Asie. Il profita de cette mission pour étudier plusieurs langues de l'Orient, et, à son retour en France, il acquit la réputation un peu surfaite de savant universel. En 1538, il fut nommé « professeur royal » pour l'enseignement des mathémathiques, du grec, de l'arabe et de l'hébreu. Sa *Grammatica arabica* parut, vers 1544? à Paris, in-4°, s. a. C. Gesner et Simler, o. c., donnent la liste des nombreux ouvrages de Postel. (Voy. La Croix du Maine et du Verdier. — Colomesii Gallia orientalis. — Nicéron, o. c., VIII, 295-356. — De Sallengre, Mém. de littér. La Haye, 1715-17, 3 vol. — Gaillard, Hist. de François I, IV, 205-208. — Quicherat, Hist. du coll. de Ste-Barbe, I, 167-170. — Abel Lefranc, Les origines du Collège de France. Extr. de la Revue internat. de l'Enseignement, n° du 15 mai 1890, pp. 14, 18 du tirage à part.)

et D. *Th. Bibliandri* autoritate feci, et jure veteris amicitiæ et consuetudinis quæ mihi cum illo intercesserat[4]. Quæ omnia debent aliquid ponderis apud hominem non inhumanum habuisse. Sed quid tamen effecerim, nondum rescire potui. Tanto enim locorum intervallo à nobis disjunctus est, ut rarò aut nunquam rectà ad nos commeent *illinc*[5] nuntii. Sed spero tamen brevi aliquid me auditurum. Expectamus enim quotidie *Joannem Curie Britonem*[6] revolaturum ad nos, si patietur valetudo : nam principio veris quartana cognovimus ex nuntio afflictum fuisse. Si quid quoquo modo resciero, id non te celabo, si modò intellexero id tibi non ingratum futurum esse.

Jam de nostro statu, deque *studiorum Lausannensium* ratione, meliùs tibi coràm verbis *nuntii* exponent, quàm ego literis. *Pii sunt tres fratres* et studiosi, inter quos excellit *Nicolaus*[7], acutus disputator, et diligenter *Lutetiæ* in Dialectica Aristotelis versatus. Vixit hîc admodum integerrimè et ἀμωμήτως. De *clade Metensium*[8] arbitror vos nimirum vera audisse, quare illis supersedendum arbitror. Dominus ulciscetur, cum illi visum fuerit, non ad præscriptum humanum. Nescio an debeam quicquid de rumoribus *Galliæ* scribere : de *filio Principis Turcarum in Galliam brevi venturo*[9], cui aiunt *regem Francorum* filiam suam in matrimonium daturum, simul ac ille Baptismum acce-

[3] Ce voyage de *Ribit* à Zurich, en 1538, eut probablement lieu à l'occasion de son mariage. Sa femme était zuricoise et s'appelait *Agnès Rosin.*

[4] C'est un indice que *Ribit* avait étudié à Paris dans le même collège que *Postel.* On peut aussi en inférer que celui-ci n'était pas né en 1475, comme le disent quelques-uns de ses biographes.

[5] C'est-à-dire, de *Paris*, où résidait Guillaume Postel.

[6] Ce personnage, qui avait précédemment séjourné à Strasbourg, semble-t-il (VI, 117, 168), puis à *Lausanne,* devait revenir de sa patrie, la Bretagne, en s'arrêtant à Paris; autrement, Ribit n'aurait pas espéré qu'il lui apporterait des nouvelles de *Postel.*

[7] Personnage inconnu.

[8] Allusion aux événements du 25 mars et jours suivants (Nos 1216, 1217).

[9] De Hammer, o. c. t. V, ne mentionne pas cette ambassade. De pareilles rumeurs avaient circulé en 1535, lorsqu'une ambassade turque vint à Paris. « Le bruit estoit qu'ilz estoient venuz de par le Turcq [c. à d. le sultan *Soliman*] pour prendre alliance avec le Roy par mariage, et pour soy faire baptiser, luy et son filz... » (Journal d'un bourgeois de Paris, p. 440. Voy. aussi Guiffrey, Cronique de François I, p. 133).

perit Christianum. Alii dissiparunt, cum idcirco in *Gallias* venturum, quòd chœradibus[10] deformatus sit, quas *Francorum reges* solent tollere et persanare. Sed incerti rumores sunt καὶ ἀδέσποτοι. Illud nimis verum, *Turcam* apparare maximam classem. Deus et Dominus dominantium bene vertat! Vale. Christus te suo spiritu quotidie magis ac magis cumulet! Amen. Velim mihi salutes, si non est molestum, *Michaëlem Adamum*[11], quem abhinc quinquennium hospes novus hospitem novum domi tuæ vidi. (Lausannæ) 22 Aprilis 1543.

Tuus Joannes Ribittus.

1224

LE CONSEIL DE GENÈVE à Guillaume Farel [à Strasbourg]. De Genève, 24 avril 1543.

Manuscrit orig.[1] Bibl. des pasteurs de Neuchâtel. Jonas Boyve. Annales hist. de Neuchâtel, II, 435. Calv. Opp. XI, 536.

Maystre Guillaume, apprès nous estre de fort bien bon cueur recommandé à vous, Pource que havons apperceu que, ainsy qu'il a pleu à Dieu, havés heu quelque fascherie[2], chose que nous ha esté fort déplaysante, — non pourtant[3] sumes estés consolés et réjoys de sçavoyer coment, Dieu mercy, estyés en santé. Més,

[10] Les écrouelles.

[11] *Michel Adam,* Juif baptisé, était en 1538 l'un des pensionnaires de *Pellican.* Il se maria à Zurich, et, sur le conseil de son ancien hôte, il commença à reviser avec *Léon Jude* la Bible allemande publiée quelques années auparavant par les théologiens zuricois (Voy. l'ouvrage intitulé : Bekenntnisse merkwürdiger Männer von sich selbst. Winterthur, 1810, t. VI, p. 148).

[1] De la déplorable écriture du secrétaire *Pierre Ruffi.*

[2] On lit dans le Registre du Conseil au 16 avril : « Pource que, à ses derniers Pasques prochaien passés [25 Mars], M. *de Guyse,* pour le Roy de France, en la ville de Me[t]s fist quelque esclandre aux vrays cristiens.... et pource que Me *G. Farel* il estoyt,... Résoluz.... que il soyt envoyé ung homme à *Basle,* et lequelt pourra aller jusque *Extrabourg* trouve[r] Me Guillaume, pour sçavoyer de la pure verité du dit inconvénient... »

[3] C'est-à-dire, *néanmoins.*

pour aultant que ne sumes véritablement informés de la totale et pure verité de vous affères, nous envoyons par devers vous ce présent porteur, par lequelt vous playra nous advertyr tout aut long des affères[4]. Et si havés besoieng de chose que nous puyssions vous ayder, nous vous pryons nous en advertyr. Et de nostre povoyer vous vollons assistyr et ayder de très bon cueur, duquelt prions nostre bon Dieu il luy playse voz préserver. De Genève, ce 24 Aprilis[5] 1543.

Voz bons amys
LES SCINDICQUES ET CONSEYL DE GENÈVE.

(Suscription :) A Maystre Guillaume Farel, Ministre euvangélique, nostre bon et singulier amy[6].

1225

[GUILLAUME VIROT] aux réfugiés messins, à Strasbourg.

De Metz, 27 avril 1543.

MANQUE

Paul Ferry (Observations séculaires, II, § 410, Bibl. de Metz) en donne le résumé suivant, que M. le bibliothécaire Henri Burtin a bien voulu transcrire pour nous :

« Une lettre allemande et traduite du *Prédicant de Metz*[1], escrite de Metz le 27 d'Avril... 1543 aux bourgeois de Metz qui demeuroient lors à *Strasbourg*[2], par laquelle il leur donne advis que nos Seigneurs ne s'estonnent pas[3] des grandes lettres ny de

[4] Le Conseil de Genève fut exactement informé par la copie de la lettre de Farel du 20 avril, adressée à Myconius (N° 1222).

[5] La Vie manuscrite de Farel par Olivier Perrot porte : *24 Aoust*, — erreur qui a passé dans les Annales de Boyve.

[6] Farel répondit le 31 mai (N° 1238).

[1] Note de Paul Ferry : « Je pense que c'est *Guillaume Virot*, duquel j'ay plusieurs lettres escrites à *Farel* en ce mois d'Avril 1543 et celuy de May, par lesquelles appert qu'il y preschoit. » Cf. t. V, p. 359.

[2] Dans le nombre de ces réfugiés messins on comptait ceux qui avaient été bannis de Metz en janvier 1543.

[3] Ne font pas grand cas, etc.

beaucoup de sceaux; que la lettre[4] apportée par le messager de Strasbourg avoit esté délivrée au maistre-Eschevin[5] et Trèze Jurés le jour de la Saint Marc[6]; qu'incontinent avoit esté tenu conseil en l'absence de deux (qu'il appelle *Ruprecht du Coq* et celuy de Paris), après lequel avoit esté fait défense, par les sieurs *de Tallange*, *Nicolas de Gournay* et *de Viller*, à frère *Veltin*[7] de prescher le dit jour de Saint Marc : ce qui a donné grand scandale, d'autant qu'il avoit le jour auparavant adverty le peuple qu'il prescheroit le lendemain après midy (et il luy avoit esté permis les dimanches et les festes). A cause de quoy plusieurs, comme vous sçavez, dit-il, murmurèrent que *Caroli* preschoit toujours contre l'honneur de l'Évangile et des Protestants[8]; qu'il n'estoit pas grand bruit de *ceux de Gorze;* que la garnison estoit changée[9], par laquelle avoit été pillé un village appartenant au dit sieur *de Tallenge*, et le bestail emmené; que comme il avoit achevé ceste lettre, le dit sieur *de Tallange* avoit aussy deffendu au *Ministre* de prescher le jour ensuivant[10], et à luy qui escrivoit, le jour de Saint Jacques[11], premier de May, ny en

[4] La lettre de Strasbourg du 15 Avril 1543 (Note de Ferry). Meurisse, dit. p. 87-88 : « En suite de la résolution qui avoit esté prise par les députez de Metz, en l'assemblée... tenue [le 16 Mars] au sujet du Comte de Furstemberg, d'envoyer à *Nuremberg*, où les Protestants d'Allemagne estoient assemblez, affin d'implorer leur assistance et de mettre la ville de *Metz* sous leur protection, — *ceux de Strasbourg* et *le Comte de Nassau* [Guillaume ?] prenoient grand soing... de donner avis à ceux de Metz de la continuation et du temps de la rupture de cette assemblée, tant afin de leur faire connoistre qu'ils prenoient part en leurs affaires, que pour les engager à une députation qui ne pouvoit produire qu'une plus forte union entre la ville de Metz et eux... Les lettres de ceux de Strasbourg escrites à ce sujet sont dattées du 6me et du 15me d'Avril, et celles du Comte de Nassau d'un Vendredy feste de S. Médard [8 Juin] de l'an 1543. »

[5] *Richard de Raigecourt.*

[6] C'est-à-dire, le 25 avril.

[7] Note de Ferry : « *Valentin* ou *Waltrin Dubois*. J'ay ouy dire à M. de Gournay, Maistre-Eschevin, que ce *Tallange*, qui estoit *Thiébaud de Gournay*, estoit du reste fort ennemy des François et ne voulut jamais demeurer à *Metz* après la réduction d'icelle. »

[8] Nos 1218, renvoi de note 5; 1222, renvois de note 53-55.

[9] C'est-à-dire, que *les Bourguignons* avaient remplacé à *Gorze* les Français du comte d'Aumale (No 1216, n. 13).

[10] Le 28 avril, fête de S. Vital, martyr.

[11] S. Jacques le Mineur. Sa fête se célèbre le 1er mai chez les Latins.

ceux de Saint Urbain et de l'Ascension[12], disant qu'il n'est à propos de prescher ès dits jours, démonstrant par là la bonne volonté qu'il porte à la parole de Dieu. Et a aussy deffendu de plus chanter *les pseaumes,* mais que le peuple ne s'en peut déporter[13]. »

1225bis

BÉAT COMTE à Nicolas de Watteville[1], à Berne.
De Lausanne, 27 avril 1543.

Autographe. Communiquée par M. de Watteville-de Diesbach[2].

Frigidè sanè volvit *Erasmus*[3] sacras literas, quum non animadvertit Paulum dicere, nullum legi esse obstrictum, antequam lata atque promulgata fuerit ipsa[4] : aut iniquè et maliciosè nimis dissimulat, quando sic pertinaciter illis nos legibus obnoxios facit, etiam priusquam ad nos illæ vel pervenissent vel pervenire potuissent[5]. Quod dum facit, apertam, haud dubiè, præbet significationem summæ[6] suæ erga me malevolentiæ,

[12] La fête de S. Urbain, pape, se célèbre le 25 mai. L'Ascension, en 1543, fut le 3 mai.

[13] A comparer avec le t. VI, p. 279, renvoi de note 5.

[1] Voyez, sur *Béat Comte,* pasteur à Lausanne, les Indices des tomes IV-VII, et, sur *Nicolas de Watteville,* le N° 710, note 1 (t. V, p. 9).

[2] Quelques mois après que le manuscrit original nous eut été généreusement communiqué, la présente lettre a paru dans les *Studien und Kritiken.* 1863, III, 547. Le texte publié par cette revue a été reproduit dans les *Calvini Opp.,* éd. de Brunswick, XI, 537.

[3] *Érasme Ritter,* pasteur à Berne. — La présence d'*Érasme Corneille* à Lausanne en 1542 et 1543 est douteuse*. Fût-elle prouvée, on ne voit pas à quel titre ce régent de collège aurait pu s'immiscer dans les affaires ecclésiastiques.

[4] Allusion à l'Épître aux Romains, II, 12.

[5] Nous ignorons de quel règlement ecclésiastique ou de quelle décision du Conseil de Berne il s'agit ici.

[6] *Summæ* est omis dans l'édition de Brunswick.

* Nous craignons de l'avoir confondu, dans les t. VI et VII, avec son frère *Jean* ou avec *Érasme Cornier.*

planéque testatum facit se odio nostrî ebrium[7] esse. Unde autem odium illud contraxerit, nulla certè ratione possum conjicere. Nisi fortè illi factus sum inimicus quòd anno superiore, dum illius valetudinem curarem diligenter, nullis meis neque laboribus neque sumptibus peperci[8] : atque ideo hanc mihi nunc gratiam homo.....[9] gratissimus refert. Verùm age : perferamus et nos cum Rustico morsum serpentis illius, quem olim piè et admodum officiosè in sinu fovimus.

Cæterùm hæc ad te non scribo, vir mihi observande, quòd honestum putem etiam de malis malè dicere, id enim semper alienum esse duxi ab officio boni viri, quòdque ex eo voluptatem capiam aliquam; sed id propterea scribo, quòd plurimùm mea referre existimem, ut intellegas quàm justas sui in me odii caussas vir ille habeat, cujus benevolentiam neque magnopere expeto, neque odium reformido, et cujus conatus omnes sus planè atque de fero[10]. Itaque non tam dolui propter alienatum à me *Erasmum,* quàm verè atque ex animo sum gavisus, ob benevolentiam illam singularem qua me vir ille sanctissimus et doctissimus *P. Conchenus*[11] complectitur. Hîc enim lucrum facio paucis credendum, at illic ne vitiosæ quidem nucis jacturam[12]. Porrò quum hæc omnia tibi jam satis cognita sint atque per-

[7] Ibidem : *obrium.*

[8] *Béat Comte* était très réputé comme médecin. En 1540, il avait été consulté par le gouvernement bernois pour un cas de médecine légale. En 1544, il se plaignait de « l'innombrable multitude » de gens qui réclamaient ses soins médicaux. Il n'y aurait donc pas lieu d'être surpris de ce qu'il eût fait un voyage à *Berne* en 1542, pour y soigner des malades et spécialement *Érasme Ritter.* Les médecins n'abondaient pas à Berne. Le pasteur *Jean Volat* y fut appelé, vers 1550, et retenu comme « médecin de la ville. »

[9] Il y a ici, avant la fin de la ligne, un blanc qui a la valeur des points suspensifs, ou qui devait peut-être, après *homo,* suggérer le mot *nihili.*

[10] Le premier éditeur de la présente lettre ne paraît pas avoir reconnu ici une variante de la locution *susque deque fero* (équivalent de *negligo* ou de *contemno*), et il a rendu cette phrase comme il suit : « et cujus conatus omnes *scis* plane atque *defero.* »

[11] *Pierre Kuntz,* qui avait été l'un des juges de *Béat Comte,* le 19 janvier (N° 1198). Ce parallèle entre *Kuntz* et *Érasme* donne à penser que c'est bien d'*Érasme Ritter* qu'il est question dans toute la lettre.

[12] Il fallait que *Béat Comte* se sentît fortement appuyé à Berne, pour qu'il osât parler avec tant de mépris d'un pasteur très influent.

specta, quumque intellegas æquissimam esse caussam nostram, in qua nobis tantopere reluctatur *Erasmus,* à te peto et à tuis omnibus amicis, ut æquitati caussæ nostræ adesse velitis : neque peto à vobis quicquam, nisi quod videbitur bonum omnino et æquum. Denique id date operam, ne nos magis premat unius odium, quàm sublevare totius caussæ bonitas possit. Vale, et *Beatum* tui observantissimum amare perge. Laus. 5. Cal. Maias M. D. XLIII.

Tuus ex asse B. Comes donzarensis.

(Inscriptio :) D. Nicolao Wattevillio, viro prudentissimo et mihi imprimis colendo. Bernæ.

1226

ANTOINE FUMÉE à Jean Calvin, à Genève.

(De Paris, au mois d'avril 1543.)

Manuscrit orig. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 110. Calv. Opp. XI, 538.

Redditæ sunt mihi literæ tuæ unà cum libello[1] ad 14. Cal. Apriles, quibus profectò duobus supra modum delectatus sum, literis quidem, quibus de tua valetudine certior sum factus, libello verò, quo te non tam publicis civitatis negociis distrahi (quod verebar) intellexi, quin etiam in plurimum vaces Evangelio. *Tu* equidem *probè nosti quam hodie personam sustineas, et quàm multi etiam hîc apud nos propè ab ore tuo pendeant, qui certè tua legentes mirum in modum afficiuntur*[2]. Ego verò, quia non tuis solùm scriptis delector, sed et impensiùs gaudeo quòd ea à nostris ita amplecti ac deosculari planè videam, non desinam te hortari semper atque admonere ut in tutanda orthodoxæ fidei doctrina perseveres, ne quidquam temporis aliis expediendis rebus commutes. *Tu qui nunc sedes in puppi clavum tenens,*

[1] Le livre contre *Albert Pighius* (N° 1206).

[2] Calvin savait déjà que ses livres n'étaient pas inutiles en France (N° 1207, renv. de n. 5).

cave quoquam dimoveas oculos : non enim ignoras quantis in fluctibus navis nostra versetur. Sed de his hactenus. Sus enim, quod aiunt, Minervam docet.

Quod autem ad *tuum libellum* attinet, quòd in tempore accepi quo per otium legere liceret, cum jam nonnulla legissem, subiit in mentem existimare, si alius hæc scripsisset, et *ni te intus nossem et in cute*[3], te *Pighium illum tuum* tanquam monstrum aliquod quod devincires commentum fuisse. Nondum enim innotuit apud nos *Pighius* quod resciverim, et quisquis fuit ille bonus vir, præter spem nobis, ut Thomas Ecclesiæ, profuit. Ille tuos fortè nonnihil remissos movit aculeos, effecitque ut ea quæ tu fortè tanquam minicula nec minùs plerisque utilia neglexeras, sedulò nunc colligeres omnibusque tandem, quantum conjicere possum, planè satisfaceres. *Hic* autem *tuus libellus non alterius à te libelli*[4] *expectationem præcidit, sed jure distulit.* Si quid à te jure antiquæ nostræ amicitiæ liberiùs postulo quàm deceat, velim ne morem geras, sed quod melius nosti magis in commune ut consulas rogo.

Dum autem *lauti illi nostri epicureoli* de quibus scripseram[5] desinunt nobis negocium facessere, *subitò oborta est nobis nova quædam persecutio atque calamitas. Nostri* Χριστομάστιγες *tandem furorem suum in parochum quendam nostræ urbis, virum bonum et fidelem, verbi Domini fidum ac perseverantem prædicatorem, exercuerunt, eumque carceri manciparunt, non sine magna* (mihi crede) κατηχουμένων *jactura*[6]. *Ecclesia sine intermissione orat,* necdum quis rei exitus sit futurus conjicere licet. Hæc res enim ad multos manat. Ille, præter id quod fidus erat verbi Domini interpres, summus mihi atque intimus erat, dudumque simul amicitiam inieramus, quæ bonis auspicata initiis, nempe propter Verbum, iisdem hactenus coaluerat. Propter

[3] Nouvel indice des relations personnelles et d'intime amitié qui s'étaient établies, à Orléans, entre *Calvin* et *Antoine Fumée* (N° 1191, n. 1).

[4] Allusion au livre que le Réformateur voulait composer contre les esprits-forts et les Libertins (N° 1191, n. 5, 7).

[5] N° 1191, renvois de note 5, 6.

[6] On a quelques raisons de croire qu'il est ici question de *François Landry,* curé de Ste-Croix, qui fut emprisonné, le 15 mars 1543, au monastère St.-Martin-des-Champs (VII, 370-371. — Bulletin de l'hist. du Prot. franç., 1888, pp. 248-252, 255-260).

illum vehementer sum commotus atque ita defatigatus, ut vix animum ad scribendum potuerim instituere : sed hoc maximè ad scribendum confirmavit quòd te idoneum amicum existimavi, in cujus sinum meum hunc dolorem deponerem. Hac causa ita derepente obturbati sumus, ut etiam nobis ipsis defuerimus. Sed non defuit Dominus nec deerit. Interim indesinenter rogabimus ut exsurgat ipse causam suam judicaturus. Non possum nunc aliis de rebus ad te scribere. Vale et me semper, ut facis, ama. Tuas pro nobis preces vehementer etiam atque etiam rogo.

Tuus Capnius.

Mitto ad te παράφρασιν nonnullorum psalmorum quam lusit meus quondam sodalis et amicus.

1227

LE CONSEIL DE BERNE au Parlement de Dôle.

De Berne, 7 mai 1543.

Inédite. Minute originale. Archives de Berne.

Nobles, etc. Nous sommes advertis de la détention d'ung nommé *Claude Girardin,* de *Vitry*[1], en vous prisons de *Vezou*[2], pour avoir tenu quelque propos de nostre Loy et mode de vivre en la religion, sans d'aultre crime estre intitulé. Dont (sy ainsy est et qu'il n'y a aultre offence) vous prions que, pour l'honneur et amour de nouz, il vous plaise relâcher le d. détenu : vous asseurantz que en aultre endroict [nous] nous employerons à reveoir le bien que, à nostre requeste, luy sera faict[3]. Priant Nostre Seigneur qu'il vous ayt, magnifficques Seigneurs et bons voysins, en sa saincte protection. Datum 7° Maii 1543.

L'Advoyer et Conseil de Berne.

[1] *Vitry* est une ville de la Champagne. Un *Jérôme Girardin,* établi dans la même province, à *Troyes,* est mentionné dans la *France protestante* d'Henri Bordier, III, 742.

[2] *Vesoul* en Franche-Comté, à 11 l. N. de Besançon.

[3] Nous ignorons quel fut le résultat de l'intervention des Bernois.

1228

PHILIPPE MÉLANCHTHON à Jean Calvin, à Genève.

De Bonn, 11 mai (1543).

Calvini Epistolæ et Resp. 1575, p. 279. Calv. Opp. XI, 540.

Ex nundinis Francfordiensibus epistola ad me tua transmissa est, exempla verò editi scripti[1] *non sunt allata,* tardiùs enim *Francfordiam* allata fuerant. Postea *Bonnæ* apud D. *Bucerum*[2] nactus exemplum, vidi τὴν προσφώνησιν[3] ad me, et subitò bonam partem disputationis evolvi. Quòd autem honorifico testimonio me[4] ornaris, et de tota re, non solùm piè, sed etiam eloquenter disserueris, de utraque re, videlicet de mea gratitudine, et de ipsa disputatione coràm nos, ut soliti sumus quoties unà fuimus, prolixè colloqui posse optarim : etsi enim tantùm vel ingenii vel doctrinæ mihi non arrogo quantùm tribuis, et nos imprimis in Ecclesia agnoscere imbecillitatem nostram decet : tamen *benevolentia erga me tua vehementer delector, tibique gratiam habeo quòd in scripto luculento,* tanquam in illustri positam loco, *extare significationem amoris erga me tui voluisti. Gratum mihi et illud testimonium tuum esse ingenuè fateor, quòd me et amare et quærere simplicitatem dicis*[5]. Nam prædicare bona conscientia

[1] La foire de *Francfort* avait duré du 1er au 20 mars. L'un des marchands qui en revenaient avait remis à Mélanchthon la lettre de *Calvin* du 16 février (N° 1207), mais sans les exemplaires du livre de celui-ci dirigé contre *Pighius* (N° 1206).

[2] Voyez la fin de la présente lettre.

[3] La dédicace du susdit ouvrage de Calvin.

[4] Ce mot est omis dans l'édition de Brunswick.

[5] On lit dans la dédicace précitée : « Quantùm... à versutis, obliquisque in disputando artibus, quæ claris alioqui apertisque rebus tenebras obducant, ab omni denique fuco et sophistica abhorres, tantùm tibi placet nuda ingenuaque perspicuitas, quæ rem, sine ullis involucris, ante oculos statuat atque exponat... Atque hæc tua... virtus... magnam sæpe mihi admirationem movit, quòd cùm incredibili perspicacia excellas, simplicitate tamen nihil habeas antiquius. »

possum fuisse hoc meum studium, cum initio harum contentionum, multa horridiùs et intricatiùs disputarentur, ut excerperem res utiles, easque, ex illa caligine evolutas, quantùm possem, planè et dextrè recitarem. Nec rarò illud Euripidis mihi venit in mentem : Ἐσθλὸν τὸ σαφές, et ἄσοφον τὸ μὴ σαφές : nec nihil periculi adii dum quædam præcidi confragosiora : retinui verò et illustravi utilia, quod tamen verecundè feci, ne irritatis vehementioribus ingeniis, discordias magis inflammarem. Fuit enim hoc quoque mihi curæ, nostrum, hoc est Ecclesiæ consensum, in majoribus causis ut tuerer[6]. Vides enim quàm multæ aliæ causæ utilissimæ motæ sint : ut autem ducum ars est leviora et πάρεργα interdum relinquere, ne impediantur in persequendis necessariis, ita nobis videndum est de quibus rebus maximè dimicandum sit.

Pontifices majori spe quàm unquam suas εἰδωλομανίας propugnant. Arbitrantur enim stultitia nostrorum Principum nostra dogmata ruitura esse, quos vident implicari bellis civilibus et irritare *Carolum* hactenus cessantem et quasi fugitantem bella Germanica. Etsi hoc tanto malo moveor, quod quidem sæpe prædixi vaticinans, οὐ μαντικῇ, ἀλλὰ φιλοσοφίᾳ τινὶ εἰκάζων, cum Principum πολυπραγμοσύνην et alios morbos viderem : tamen scio Deum inter fatales Imperiorum tumultus ecclesiam suam servare mirabiliter. Non igitur frangamur animis, sed dum possumus, sonemus, ut conversus latro in cruce, doctrinam de Filio Dei, deque arcana sapientia, quæ est Ecclesiæ propria, de magnitudine humanæ infirmitatis, de pœnitentia et fiducia promissæ misericordiæ propter Filium, de vera invocatione et veris Ecclesiæ virtutibus, de mysteriis non polluendis, de Ecclesiæ politia, non illa quam fingunt Pontifices, sed qualis fuit Prophetarum et Apostolorum, denique de vita æterna. *Ad harum maximarum rerum doctrinam ornandam transferas velim eloquentiam tuam* : quæ et confirmare nostros, et terrere adversarios et sanabiles juvare poterit. *Cujus est enim oratio hoc tempore in disputando, vel nervosior, vel splendidior*[7]? Nostra

[6] Les convictions religieuses de *Mélanchthon* étaient en si parfaite harmonie avec celles de *Calvin*, même sur la doctrine de la sainte Cène, que celui-ci pouvait écrire, en 1540, au pasteur de Payerne : « De ipso [*Melanchthone*] nihil dubita, quin penitùs nobiscum sentiat » (VI, 414, n. 68-69; 428, renv. de n. 29-31).

vel propter ingenii infirmitatem, vel propter eas ærumnas quibus consumpta est naturæ vis, si qua fuit, est squalidior. Magnopere igitur gaudeo, divinitus te ad Evangelii explicationem excitatum esse, teque illa Apostoli[7] voce adhortor quam scribit ad Timothæum : *μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος*. Etsi autem videor *ὀτρύνειν σπεύδοντα*, tamen ad confirmandos animos hæ mutuæ seu cohortationes, seu consolationes, præsertim in Ecclesia aliquid conducunt, ut Paulus se ait velle *συμπαρακληθῆναι* aliorum piorum officiis ac commonefactione. Satis ubique est hostium qui Domino bellum inferunt, qui nos delere conantur : eò sit firmior consensus noster, *συμφερτὴ γὰρ ἀρετὴ κρείσσων*. Fortassis *nostra Germania* paulò pòst à *Turcis* vastabitur : quod si fiet, eò magis vobis alibi in locis tutioribus studia literarum excitanda erunt, et pugnandum vehementiùs, ut in reliqua *Europa* Evangelii lucem accendatis et retineatis.

Quod ad quæstionem de prædestinatione[8], habebam amicum *Tubingæ* doctum hominem *Franciscum Studianum*[9], qui dicere solebat, se utrumque probare, evenire omnia ut divina providentia decrevit, et tamen esse contingentia. Sese hæc conciliare non posse. Ego cum hypothesin hanc teneam, Deum non esse causam peccati, nec velle peccatum, postea contingentiam in hac nostra infirmitate judicii admitto, ut sciant rudes Davidem sua voluntate ultro ruere, et eundem sentio, cum haberet spiritum sanctum, potuisse eum retinere, et in ea lucta aliquam esse voluntatis actionem. Hæc etiam si subtiliùs disputari possunt, tamen ad regendas mentes hoc modo proposita, accommodata videntur. Accusemus ipsi nostram voluntatem cum labimur, non quæramus in Dei consilio causam et contra eum nos erigamus; sciamus Deum et velle opitulari et adesse luctantibus : *μόνον θέλησον*, inquit Basilius, *καὶ θεὸς προαπαντᾷ*. Excitetur ergo cura in nobis, et laudetur Dei immensa bonitas, quum et promisit

[7] A comparer avec le t. VI, p. 81, n. 10; VII, 189, renv. de n. 3-4.

[8] Dans son livre contre Pighius, Calvin annonçait qu'il traiterait plus tard de *la prédestination*. C'est un souvenir qu'il rappellera en tête de son ouvrage intitulé : « De æterna Dei prædestinatione.... consensus Pastorum Genevensis Ecclesiæ, a Io. Calvino expositus. 1552, » in-8°.

[9] *Frantz von Stade*, sous lequel Mélanchthon étudia la dialectique à l'université de Tubingue (Voy. Joach. Camerarii de Vita Melanchthonis Narratio. Recensuit Strobelius. Halæ, 1777, p. 15).

auxilium et præstat. Sed petentibus, ut inquit Dominus, hoc est iis qui promissionem intuentur. Nam à verbo Dei ordiendum est, nec repugnandum promissioni, sed ei assentiamur, nec disputemus antea, tunc nos adsensuros esse cum arcanum decretum Dei nobis monstratum fuerit : adsentientem autem Deus adjuvat, qui per verbum est efficax.

Hæc non scribo ut tibi tradam quasi dictata, homini et eruditissimo ac peritissimo exercitiorum pietatis. Et quidem scio hæc cum tuis congruere, sed sunt παχύτερα et ad usum accommodata. Hæc *Bonnæ* scripsi apud D. *Bucerum,* cum eò accersitus est ut ecclesias in *Diœcesi Coloniensi* emendaret. Hæc consilia Deo piis votis commendes. Rogo autem ut mihi significes, an hanc epistolam acceperis. Nam si intellexero certò ad te perferri meas literas, scribam sæpiùs[10]. Ἀντίδωρον tibi debeo, quare et grati animi significationem ostendam. Bene vale. XI. Maii (1543).

PHILIPPUS MELANCHTHON.

1229

CONRAD PELLICAN à Jean Calvin, à Genève.

De Zurich, 13 mai 1543.

Autogr. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 110. Calv. Opp. XI, 542.

S. Soleo, doctissime piissimeque Calvine, tumultuariè et indiligenter scribere : ideo me non intellexisti scribentem de *Bullingeri nostri* officio quod habet scribendi de rebus gravibus et publicis, me autem de minutis[1] : ideoque rarò scribere me, scientem nihil negligi per *Bullingerum.* Nihil autem prorsùs habet contra te, nec minimum quidem, sed totus totum te diligit, observat, colit, miratur et laudibus evehit, sed magis in te Deum. Non ergo credas me voluisse quicquam tale scribere ad

[10] Au commencement de juillet 1543, *Calvin* adressa de Strasbourg à Mélanchthon une lettre, à laquelle celui-ci répondit de Bonn, le 12 du même mois.

[1] Pellican fait allusion à sa lettre du 3 mars et à la réponse de Calvin du 18 avril (N°s 1209, 1221).

te, quasi habeat quod moneat te vel hortetur vel queruletur prorsùs. Si rariùs scribit, occupationes plurime et magne in causa sunt. Et *quæ de Farello scripsisti ad me gratissima sunt nobis omnibus et persuasissima, qui non credidimus rumori, nec fratri scribenti contra eum*[2], *quando eum Farellum experti sumus semper esse et perseverare virum Dei et nostrorum amantissimum, mei verò imprimis et Bibliandri,* à quibus nihil a[b]scondisset, si quid habuisset contra doctrinam et mores ecclesiæ nostre et nos quoque, qui pro suo [l. sua] libertate et spiritu sancto, proque dextra sua amicicia ad nos nihil tacuisset suo jure loqui et scribere. Fueramus tamen territi non modicè ex falsa hujusmodi fama et minimè expectata. Ideoque tibi gratias agimus de sentencia et testimoniis tuis : ingenuè rogantes ut si quid nos monendos aliquando judicaveris, vel tecum *Farellus,* liberè et amicè velis. Homines enim sumus, sed pro gratia Christum interpellamus, parati audire semper meliora suadentes, et perseverare in piorum amicicia, quam maximi facimus.

Audio te scripsisse denuò *De locis communibus theologicis*[3], quos propediem avidissimè legam. Oro sic pergas. Et *responsionem Bernardini nostri ad lucen.* [l. *Lucensem*] oboleo officine tue opusculum esse[4], certè utilissimum et verissimum. Dominus succurrat electis et Ecclesie sancte, servetque te eidem diutissimè. De *alio* quoque *Italo* bene nos es consolatus[5]. Plurimùm te salvum cupiunt in Christo *Bullingerus* et *Theodorus,* utque excusatos habeas quòd nunc quoque non scribunt, occupati multis. Hic frater *Angelus*[6] linguam quoque callet Gallicam, ut

[2] Quel était le ministre qui avait signalé par écrit aux Zuricois les prétendus propos de *Farel?* — On peut supposer que c'était *Béat Comte* ou *André Zébédée. Antoine Marcourt* n'entretenait pas de relations avec les Zuricois.

[3] Une réimpression latine de l'*Institution chrétienne* avait paru à Strasbourg au mois de mars 1543, chez Wendelin Rihel.

[4] Cet opuscule, qui n'était pas de *Calvin,* mais d'*Ochino,* avait été publié récemment à Genève sous le titre suivant : « Epistola Magistri Hieronimi Lucensis ad Bernardinum Ochinum Senensem. Cum responsione eiusdem Bernardini. Geneve. Per Johannem Girardum, 1543. » 55 pp. in-8° (Voy. Benrath, o. c. pp. 165. 375).

[5] On ne sait pas de quel autre Italien il veut parler.

[6] S'il était question de *Jean Lange,* jadis correspondant d'Érasme et

spes ei sit de loco inveniendo apud *Bernatium* ditionem. Dominus dirigat ejus et aliorum gressus in viam salutis! Vale. Tiguri die penthec.[ostes] 1543.

Tuus Conradus Pellicanus.

(Inscriptio :) Piissimo doctissimoque theologo D. Joh. Calvino, Ecclesiæ Genev. pastori fidelissimo Amico.

1229bis

[L'ÉGLISE DE METZ[1]] aux Princes protestants.

(Composée dans la première moitié de mai 1543.)

Guill. Farel. Oraison tres devote en laquelle est faicte la confession des pechez...[2]

(Strasbourg, 1543, in-16.)

Requeste aux Princes et Seigneurs.

O Princes et Seigneurs Chrestiens, et tous qui estes constitués en autorité et puissance ayans et portans le nom de Dieu, qui

de Farel (I, 178). Pellican aurait jugé inutile de dire : « Linguam callet Gallicam, » puisque ce personnage était natif du pays de l'Argonne, qui faisait partie de la Champagne. Quant à l'Italien *Joannes Angelus Odonus*, pensionnaire de Bucer à Strasbourg (1535), on connaît trop peu sa biographie pour qu'on puisse supposer qu'il voulait, en 1543, servir l'une des églises réformées du Pays romand. (Voyez les lettres qu'il écrivit de Strasbourg à Érasme et à Gilbert Cousin, en son propre nom et au nom de Philenus Lunardus. Gilberti Cognati Opera. Basileæ, 1562, in-folio, I, 306-314. — C. Gesneri Bibl. univ. 1545, ff. 383, 554).

[1] Voyez les notes 5, 6.

[2] Voici le titre complet de cette rarissime plaquette, qui nous a été généreusement communiquée par M. Adolphe Gaiffe : ORAISON | TRESDEVOTE | en laqu[e]lle est faicte la con- | fession des pechez, des | fidelles qui ainsi | crient apres | Dieu. | COMPOSEE PAR M. | *Guillaume Farel prescheur du* | *sainct Euangille de nostre* | *Seigneur.* | *Psal.* 90. | *Ie suis auec toyen la tribulation;* | *inuocque moy, & ie t'exaulceray.* (Titre encadré, avec la marque de Jehan Knobloch; in-16 de 27 ff. non-paginés).

L'opuscule se compose des trois pièces suivantes : 1. Prière à Dieu en laquelle est faicte confession des péchez.... 2. Requeste aux Églises de nostre Seigneur. 3. Requeste aux Princes et Seigneurs. — On ne retrouve

